


OCTAV  
ARIUM















à l'usage de la s<sup>te</sup> Colombe tant que l'obéissance  
le lui permettra  
amen.

SP

Le 28 may 1781


---

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is faint and difficult to decipher but appears to contain several lines of cursive script.


1871 MAY 17 81



OPÉRA  
MONTAIGNE  
DE LA  
CATHERINE DE SIENNE  
P. V. A. G. E.



Paris chez la Citoyenne Lesclapart  
au Salon de la Citoyenne Lesclapart  
à Paris chez la Citoyenne Lesclapart  
à Paris chez la Citoyenne Lesclapart



**O F F I C E**  
**POUR LA FESTE**  
**D E S A I N T E**  
**CATHÉRINE DE SIENNE,**  
**V I E R G E.**



**A T O U L O U S E,**  
De l'Imprimerie de **J O S E P H D A L L E S,**  
Imprimeur-Libraire, rue des Changes,  
aux Arts & Sciences.

---

**M. DCC. LXXX.**







XXX. AVRIL.

FESTE DE SAINTE

CATHÉRINE DE SIENNE,

VIERGE.

ANNUEL.

AUX I. VÊPRES.

*Pseaumes de la Fêrie.**Ant.* **G**Audens

gaudebo  
in Domino, & exul-  
tabit anima mea in  
Deo meo; quia in-  
duit me vestimentis  
salutis. Alleluia. *Isaïe*  
*61, v. 10.*

*Ant.* Ego sum quæ  
Domino canam. *Psal-*  
*lam Domino Deo Is-*  
*raël, novabella elegit*  
*Deus. Alleluia. Jug.*  
*5, v. 3.*

*Ant.* Quis Deus  
præter Deum nos-  
trum? Deus qui præ-

cinxit me virtute, &  
posuit immaculatam  
viam meam. Alleluia.

*Pseaum. 117, v. 32.*

*Ant.* Laudate Do-  
minum Deum ves-  
trum qui non deserit  
sperantes in se, & in  
me ancilla sua adim-  
plevit misericordiam  
suam. Alleluia. *Ju-*  
*dith, 13, v. 17.*

*Ant.* Benedixerunt  
eam omnes una voce  
dicentes: manus Do-  
mini confortavit te;  
ideo eris benedicta in  
æternum. Alleluia.  
*Judith, 13, v. 12.*

A 2

CAPITULE, aux res, aux I. Vêpres.

Corinth. 1. v. 27.

**Q**Uæ stulta sunt mundi elegit Deus, ut confundat sapientes; & infirma mundi elegit Deus, ut confundat fortia; & ignobilia mundi & contemptibilia elegit Deus, ut non gloriatur omnis caro in conspectu ejus.

R. Sapientia & fortitudo Dei sunt. Tibi Deus patrum nostrorum confiteor, \* teque laudo; † Quia sapientiam & fortitudinem dedisti mihi. Alleluia, alleluia. v. Omnia possum in eo qui me confortat \* teque laudo. Gloria Patri. † Quia. *On répete* R. Sapientia justqu'au v. Dan. 2, v. 23. Philip. 4, v. 13.

Hymne. Vos ô virginei. Commun des Vierges non Marty-

v. Gloriabor in infirmitatibus meis.

R. Ut inhabitet in me virtus Christi. 2. aux Corinth. 12, v. 20.

Au Magnificat.

Ant. qui se double.

Tu gloria Jerusalem, tu lætitia Israël, tu honorificentia populi nostri. Fecisti viriliter, & confortatum est cor nostrum eò quòd castitatem amaveris. Alleluia. Judith, 13. v. 10.

Oraison. Deus qui beatæ Catharinæ. Après Laudes.

A COMPLIES.

Pseaumes de la Férie.

Ant. Accinxit fortitudine lumbos suos, & vidit quia bona est negotiatio ejus, non extinguetur in nocte lucerna ejus. Prov. 31. v. 17.

Doxologie. Eter-



*Sainte Cathérine de Sienne.* 5

*na sponsæ virginum.  
Comme au Commun  
des Vierges.*

*A Nunc dimittis.*

*Ant. Média nocte  
clamor factus est :  
ecce sponsus venit.  
Exite obviam ei.  
Matth. 25. v. 6.*

**A L'OFFICE  
DE LA NUIT.**

*Invit. Christum  
sponsum Virginum \*  
Venite adoremus ,  
Alleluia.*

*Hymne. Cœlestis  
aula panditur.*

*Pseaume. Domine  
Dominus noster. Fer.  
II. à Prime.*

*Ant. Existimo omnia  
detrimentum esse  
propter eminentem  
scientiam Jesu Christi :  
& arbitror ut ster-  
cora , ut Christum lu-  
crificiam. Alleluia.  
Phil. 3. v. 8.*

*Fer. III. à l'Office  
de la nuit.*

*Pseaume. Cœli  
enarran' , tout entier.*

*Ant. Mihi absit  
gloriari nisi in cruce  
Domini nostri Jesu  
Christi , per quem  
mihi mundus cruci-  
fixus est & ego mun-  
do. Alleluia. Gal. 6.  
v. 14.*

*Pseaume. Domini  
est terra. Fer. IV. à  
Laudes.*

*Ant. De Cætero  
nemo mihi molestus  
fit ; ego enim stig-  
mata Domini Jesu in  
corpore meo porto.  
Allel. Gal. 6. v. 17.*

*v. Pro eo ut me  
diligenter , detrahe-  
bant mihi.*

*v. Ego autem ora-  
bam. Pseaume 108.  
v. 4.*

*De Epistola beati  
Pauli Apostoli ad  
Galatas.*

*Leçon j. Ch. 6.*

**M**ihi autem ab-  
sit gloriari , nisi  
in Cruce Domini nos-  
tri Jesu Christi ; per

6 *Sainte Cathérine de Sienné.*

quem mihi mundus crucifixus est : & ego mundo. In Christo enim Jesu neque circumcisio aliquid valet , neque præputium ; sed nova creatura. Et quicumque hanc regulam secuti fuerint ; pax super illos & misericordia ; & super Israël Dei. De cætero nemo mihi molestus sit : ego enim stigmata Domini Jesu in corpore meo porto. Gratia Domini nostri Jesu Christi ; cum spiritu vestro , fratres. Amen.

*R.* *v.* Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo , \* Consolationes tuæ , Deus , lætificaverunt animam meam. Alleluia. Allel. *v.* Sicut abundant Passiones Christi in nobis , ita & per Christum abundat

consolatio nostra. \* Consolationes. Gloria Patri. \* Consolationes. *Pseaume 93.* *v.* 19. 2. *Corinth.* 1. *v.* 5.

*De la Bulle de Canonisation, donnée par Pie II, l'an de Notre Seigneur 1461.*

*Leçon ij.*

**V**irgo Catharina senis Etruriæ , mediocribus sed honestis & probis nata parentibus , prius sese deo dedicavit , quàm Deum posset per ætatem cognoscere , & anno currente ætatis suæ septimo , Virginitatem suam consecravit Christo ; mundanas delicias à se omnes abdicavit : orationi totam se dedit ; corpusculum suum vigiliis jejuniiis ac verberibus affixit : coæquales puellas ut idem fa-

cerent & docuit & suavit. Pubes effecta, scissis crinibus mortale conjugium recusavit. Beati Domini serbitum quem fœminæ gestant de pœnitentiâ nuncupatæ extorsit, protinûsque impetravit. Ancillare officium in paternâ domo exercebat, nihil magis cupiens quàm vilis apud homines & abjecta videri. Pauperibus Christi, (nam id pater ei indulserat) largâ manu subvenit; ægrotantibus summâ diligentiam ministrabat; diabolicas tentationes & assiduas malignantium spirituum pugnas, patientiæ clypeo & fidei galeâ superavit. Nullum ab eâ verbum, non religiosum, non sanctum excidit. Omnis

sermo ejus de moribus erat, de religione, de pietate, de contemptu mundi, de amore Dei & proximi, de cœlesti patriâ; nemo ad eam accessit qui non doctior meliorque abierit. Nonnulli divinam in virgine sapientiam admirati, distributis mox inter Christi pauperes, quas possidebant, substantiis, acceptâ Domini cruce, vitam deindè evangelicam egerunt. Summa ejus virginis abstinentia, & admirabilis vitæ austeritas erat. Nam cum vini & carniûm usum prorsus abjecisset, nec pulmentariis ullis uteretur, ad extremum eò deducta est, ut nec legumina ederet, nec pane vesceretur, nisi cœlesti quem verus



8 *Sainte Cathérine de Sienne.*

christianus in sacramento sumit altaris. Ad communionem, quæ illi ferè quotidiana fuit, quasi ad cœlestes nuptias invitata esset, summam cum alacritate proficiebatur; lectum sibi ex tabulis confecerat, atque in eo jacens, brevissimum somnum accipiebat. Rarò enim ultrà duas horas interdium noctuque dormiebat. Reliquum omne tempus vigilando, orando, opera misericordie agendo, contrivit. Spinis chordulis carnem suam macerabat. Ferè continuis æstuabat febribus, nec aliorum diversorum morborum cruciatu carebat. In tantis tamen non deficiebat laboribus, sed aiebat cum Apostolo: *cum infirmor, tunc*

*fortior sum.* Præcepta salutis omnibus læta dabat; quid sectandum, quid fugiendum esset, alacri vultu ostendebat. Dissidentes summo studio componebat. Multa extinxit odia & mortales sedavit inimicitias. Pro pace Florentinorum, qui cum ecclesiâ dissidebant, Apenninum & Alpes transire, atque usque ad Avenionem ad Gregorium undecimum proficisci non dubitavit: & non solum Gregorio undecimo, verum etiam ejus successori Urbano sexto acceptissimam fuisse & in negotiis ecclesiasticis valde utilem constat. Magnum præterea & sanctum erat in plebibus Catharinæ nomen; & undique ad eam ægroti & ma-

lignis vexati spiritibus deducebantur & multi curabantur. Postquam multis elegantissimis epistolis atque efficacissimis adhortationibus reges ac principes, aliosque optimates atque civitates totis viribus conata fuisset ad pontificis Urbani obedientiam allicere aut in eâ firmare, atque omnis generis, conditionis ac sexûs homines ad pietatem, religionem & vitam christianâ fide dignam excitasset, obiit Romæ die vigesimâ nonâ Aprilis, anno ætatis suæ trigesimo tertio. Corpus ejus aliquando servatum, denique in ecclesiâ Fratrum Prædicatorum, quæ de Minervâ dicitur, conditum est, non sine magnâ populi devotione &

reverentiâ. Cujus tactu plerique ægroti salutem consecuti sunt à Deo, & nonnullis saluti fuit ea titigisse quæ sacrata virginis membratetigere.

Hanc Pius Papa secundus in numerum sanctarum virginum retulit, festumque ejus singulis annis, primâ mensis Maii Dominicâ die ab universali ecclesiâ celebrandum mandavit. Tu autem, Domine, miserere nostrî.

*R. ij.* Sponsabo te mihi in sempiternum, sponsabo te mihi in justitia & judicio, \* Sponsabo te mihi in fide, & scies quia ego Dominus. Alleluia, Alleluia. *v.* Veni & ostendam tibi sponsam uxorem agni \* Sponsabo. Gloria Patri. \* Sponsabo. *Osée.*

2. v. 19. Apoc. 21.

v. 9.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.

Leçon iij. Chap. 25.

**I**N illo tempore ; Dixit Jesus discipulis suis parabolam hanc : Simile erit regnum cœlorum decem virginibus , quæ accipientes lampades suas exierunt obviam sponso & sponsæ. Et reliqua.

Homilia sancti Gregorii Papæ.

Sur l'Évang. Hom. 12.

**O**Mnes lampades habent, sed omnes oleum non habent ; quia plerumquè bona in se opera cum electis & reprobis ostendunt : sed soli ad sponsum cum oleo veniunt ; quia de his quæ foris egerint , intus gloriam requirunt. Unde per Psal-

mistam quoque de sancta Electorum Ecclesia dicitur : Omnis gloria ejus filiæ Regis ab intus. Moram autem faciente sponso , dormitaverunt omnes & dormierunt ; quia dum venire Judex ad extremum judicium differt , electi & reprobi in mortis somno sopiuntur. De adventu sponsi clamor in media nocte fit ; quia sic dies judicii surrepit , ut prævideri non valeat quando venit. Unde scriptum est : Dies Domini sicut fur in nocte , ita veniet. Tunc omnes Virgines surgunt ; quia & electi & reprobi à somno suæ mortis excitantur. Lampades ornant ; quia sua secum opera numerant , pro quibus æternam recipere beatitudinem expec-



rant. Sed lampades fatuarum Virginum extinguuntur; quia earum opera quæ clara hominibus foris apparuerunt, in adventu Judicis intus obscurantur; & à Deo retributionem non inveniunt, quia pro eis receperunt ab hominibus laudes quas amaverunt.

*R.* Regnavit Dominus, domus gloriam ei, quia venerunt nuptiæ agni & uxor ejus præparavit se, \* Et datum est ei ut cooperiret se bysso splendenti, & candido. Alleluia. Allel. *v.* Omnis gloria ejus filiæ regis ab intus in fimbriis aureis circumamicta varietatibus. \* Et datum. Gloria Patri. *v.* Et datum est. *On répete* Regnavit, *jusqu'au* *v.* *Apoc. 19. Pseaume* 44. *v.* 14.

Te Deum.

*v.* *Sacerdotal.* Qui manet in charitate. *R.* In Deo manet, & Deus in eo.

A LAUDES.

*Pseaume. du Dimanch.*

*Ant.* Dilectus meus mihi, & ego illi, qui pascitur inter lilia, donec aspiret dies. Allel. *Cant. 2. v. 16.*

*Ant.* Ordinavit in me charitatem: fultice me floribus; stipate me malis, quia amore langueo. Allel. *Cant. 2. v. 4.*

*Ant.* Vivit in me Christus: quod autem vivo in carne, in fide vivo filii Dei qui dilexit me. Allel. *Gal. 2. v. 20.*

CANTIQUE.

**G** Audens gaudebo in Domino, \* & exultabit anima mea in Deo meo;

Quia induit me vestimentis salutis, \* &

A 6



indumento justitiæ circumdedit me,

Quasi sponsum decoratum coronâ, \* & quasi sponsam ornata[m] monilibus suis.

Sicut enim terra profert germen suum, \* & sicut hortus semen suum germinat;

Sic Dominus Deus germinabit justitiam, \* & laudem coram universis gentibus.

*Ant.* Pone me ut signaculum super cor tuum, quia fortis est ut mors dilectio. Alleluia. *Cant.* 8. v. 6.

*Ant.* Neque mors neque vita poterit me separare à charitate Dei, quæ est in Christo Jesu. Allel. *Rom.* 8. v. 39.

CAPITULE 2.

*Aux Cor. ch.* 18. v. 2.

**S**I habuero prophetiam, & noverim mysteria omnia, & omnem fidem, ita ut

montes transferam, & charitatem autem non habuero, nihil sum, nihil mihi prodest.

*Hymne au Commun des Vierges non Martyres, à Laudes,* Non vana dilectum gregem.

\*. Defecit caro mea & cor meum.

ÿ. Deus cordis mei & pars mea Deus in æternum. *Pseaume* 72. v. 26.

*Ant.* A Benedictus, qui se double. Secundum spem meam magnificabitur Christus in corpore meo, sive per vitam, sive per mortem, mihi enim vivere Christus est & mori lucrum. Allel. Allel.

O R A I S O N.

**D**Eus, qui beatæ Catharinæ virginitatis, & patientiæ speciali privilegio decoratæ ma-

lignantium spirituum certamina vincere; & in amore tui nominis inconcussè permanere tribuisti: concede quæsumus, ut ejus imitatione calcatâ mundi nequitiâ, & omnium hostium superatis insidiis; ad tuam securè gloriam transeamus. Per Dominum nostrum.

*Ant.* Dilectus.

*A Prime au R. bref.*  
Quem sequuntur Virgines. *Apoc. 14.*

*Il faut prendre pour le Canon celui qui se trouve page CXXIX du Bréviaire in-4<sup>o</sup>, & à la page CXIII de l'in-12.*

**A T I E R C E.**

*Ant.* Ordinavit.

**C A P I T U L E.**

*Sag. 8. v. 2.*

**H**unc amavi & exquisivi à juventute mea & quæsi sponfam mihi

eam acquirere, & amator factus sum formæ illius.

*R. br.* Specie tua & pulchritudine tua.

Alleluia, alleluia. Specie tua. *v.* Intende prosperè procede & regna. Alleluia, alleluia. Gloria Patri & Filio. Specie tua.

*v.* Concupivit rex decorem tuum.

*R.* Quoniam ipse est Dominus Deus tuus. *Pseaume 44. v. 3. v. 12.*

**A S E X T E.**

*Ant.* Vivit in me.  
**C A P I T U L E.** *Cant. 5. v. 8.*

**A**Djuro vos filiæ Jerusalem, si inveneritis dilectum meum; ut annuntietis quia amore langueo. Quo declinavit dilectus tuus? Et quæremus eum tecum.

*R. br.* Adducentur regi virgines post

eam. Alleluia , alleluia. Adducentur. *Ps.* Proximæ ejus afferentur tibi. Alleluia, alleluia. Gloria Patri. Adducentur regi.

*Ps.* Afferentur in lætitia & exultatione.

*Ps.* Adducentur in templum regis. *Pf.* 44. *Ps.* 15. & 16.

A N O N E.

*Ant.* Neque mors. CAPITULE. *Cant.* 6. *Ps.* 8.

**P**ulchra es amica mea , & decora sicut Jerusalem, viderunt eam filix Sion , & beatissimam prædicaverunt & reginæ laudaverunt eam.

*Ps.* Multæ filix congregaverunt divitias: Alleluia , alleluia. Multæ. *Ps.* Tu supergressa es universas. Alleluia , alleluia. Gloria Patri. Multæ.

*Ps.* Lætetur mons Sion & exultent filix Judæ.

*Ps.* Propter judicia tua , Domine. *Prov.* 31. *Ps.* 29. *Pf.* 47. *Ps.* 12.

AUX II. VÊPRES.

*Pseaumes du petit Office de la Vierge.*

*Ant.* **O**S suum aperuit sapientiæ , & lex clementiæ in lingua ejus. Alleluia. *Prov.* 31. *Ps.* 36.

*Ant.* Viæ ejus pulchræ , & omnes semitæ ejus pacifiæ. Alleluia. *Proverb.* 3. *Ps.* 17.

*Ant.* Convertet cor patrum ad filios ; & corda filiorum ad patres eorum. Alleluia. *Malach.* 4. *Ps.* 6.

*Ant.* In conspectu præsidis apparebit , & tanquam imbres mittet eloquia sapientiæ suæ. Alleluia. *Eccles.* 39. *Ps.* 4.

*Ant.* Erit opus justitiæ pax , & sedebit



populus in multitudine pacis. Allel. 1. *Isaïe. 32. v. 17.*

CAPITULE. *Sag. 4. v. 1.*

**O** Quam pulchra est casta generatio cum claritate; immortalis est enim memoria illius, quoniam apud Deum nota est, & apud homines.

Alleluia, alleluia. *v. Doctrina est disciplina Dei, & cultrix operum illius. Allel. Sag. 8. v. 4.*

*Hymne. O virgo. aux II. Vêpres des Vierges non Martyres.*

*v. Collaudabunt multifipientiam ejus.*

*v. Et usque in seculum non delebitur. Eccles. 39. v. 12.*

*Ant. au Magnificat, qu'on double, Irritaverunt Dominum in adinventionibus*

suis, stetit & cessavit quassatio, & reputatum est in justitiam in generationem in generationem usque in sempiternum. *Pf. 105. v. 30.*

*Oraison comme à Laudes.*

*A Complies comme après les I. Vêpres, les Psaumes du Dimanche.*

*Samedi dans l'Octave Capitule, v. Hymne & Antienne, comme aux I. Vêpres, en ôtant le Rit annuel. La premiere Leçon de Matines du Dimanche dans l'Octave se prend de l'Écriture occurrente; la seconde de l'Octavaire, p. clviij. Lectio Sancti Evangelii secundum Mathæum, & l'Homelie de St. Hillaire, Lampades, jusqu'à la fin de la Leçon; la troisieme Leçon, l'Ho-*



*mélie de l'Évangile du Dimanche, mémoire de la Dominique à Laudes & à Vêpres.*

*Jours dans l'Octave de la Sainte, semi-double, tout comme au jour de la Fête, en étant le Rit annuel, à Laudes. Ant. Pone me, aux Heures Alleluia, au *ix.* br. à Vêpres. Os suum.*

*1 Mai on fait l'Office de St. Philippe & de St. Jacques, avec mémoire de l'Octave aux I. Vêpres, à Laudes & aux II. Vêpres.*

*2 Mai on fait l'Office de St. Athanase, avec mémoire de l'Octave de Ste. Cathérine à Laudes & à Vêpres.*

*3 Mai on fait l'Office de la Ste. Croix, avec mémoire de l'Octave de Ste. Cathérine aux Vêpres & à Laudes.*

*4 Mai on fait l'Office de l'Octave, avec mémoire de Ste. Monique à Laudes; la première Leçon de l'Écriture occurrente; la seconde de l'Octavaire, p. x., de Sermon Sancti Bernardi Abbatis, qui commence par ces mots: Erit. jusqu'à la fin, Tu autem Domine miserere nostri; la troisième de Ste. Monique.*

*5 Mai on fait l'Office de l'Octave, avec mémoire aux I. & II. Vêpres de St. Théodart, aussi-bien qu'à Laudes; la première Leçon se prend de l'Écriture Sainte; la seconde de l'Octavaire, p. viij, Sermo Sancti Basilii Episcopi, qui commence par ces mots: Hi sunt qui, jusqu'à la fin de la Leçon; la troisième de St. Théodart, &*

de deux n'en faire qu'une. *la premiere Leçon de l'Écriture ; la seconde de l'Octavaire, p. clv,*

6 Mai on fait l'Office de l'Octave de Ste. Cathérine, avec mémoire de St. Jean devant la porte Latine, aux I. & II. Vêpres & à Laudes ; la premiere Leçon de Matines se prend de l'Écrit. Sainte ; la seconde Leçon de l'Octav. p. ix, Benedixit Dominus, jusqu'à la fin ; la troisieme de St. Jean, en réunissant les deux & n'en faisant qu'une.

7 Mai Octave de la Sainte, & l'on renvoie l'Office de la Translacion de St. Étienne au 10 de mai, jour libre ; à Matines *au 21 Avril, en observant le même Rit qui est marqué ci-dessus.*





LE IV. AOÛT.

**SAINT DOMINIQUE,**  
**P R E T R E ,**  
 INSTITUT. DES FRERES PRECHEURS.

A N N U E L.

## AUX I. VEPRES.

*Pseaumes de la Férie.*

1. *Ant.* **E**cce super montes pedes Evangelizantis, & annuntiantis pacem : celebra Juda festivitates tuas, & redde vota tua. *Nahum. 1.*

2. *Ant.* Ego Dominus vidi afflictionem populi mei, sed veni & mittam te, ut educas populum meum. *Exod. 3.*

3. *Ant.* Quis sum ego ut vadam, & educam filios Israel ? Obsecro Domine mitte quem missurus es. *Exod. 3. & 4.*

4. *Ant.* Ad omnia quæ mittam te ibis, & universa quæcumque mandavero tibi loqueris. *Jérém. 1.*

5. *Ant.* Audivi vocem Domini dicentis quem mittam ? Et dixi ecce ego, mitte me. *Is. 6.*

CAPITULE. *Isaïe, 40.*

**S**uper montem excelsum ascende tu qui evangé-

lizas Sion : exalta in fortitudine vocem tuam qui evangelizas Jerúsalem : dic civitatibus Juda : ecce Deus vester in fortitudine veniet, & brachium ejus dominabitur.

*R.* Prædica verbum, in sta opportunè importunè, argue, obsecra, increpa in omni patientia & doctrina. \* Opus fac Evangelistæ, † Ministère tuum imple. *Ps.* Ecce dedi verba mea in ore tuo : ecce constitui te, ut evellas & destruas, ut ædifices & plantes. \* Opus. Glória Patri. † Ministère. *On répète le R. Prædica. jusqu'au Ps.*

*Hymne, Jam satis fluxit. aux I. Vêpres des Justes, Prêtres, page xliv.*

*Ps.* Dominus dabit verbum evangelizantibus. *R.* Virtute multa. *Pf. 67.*

*A Magnificat. Ant. qui se double. Ego Dominus mitto te aperire oculos e-*



8 4 Août. *Saint Dominique, Prêtre.*

rum, ut convertantur à ténébris ad lucem, & de potestáte sárana ad Deum: ut accípiant remissionem peccatórum, & fortem inter sanctos per fidem quæ est in me. *Act. 26.*

*L'Oraison de Laudes.*

*A COMPLIES, comme après les II. Vêpres.*

**A L'OFF. DE LA NUIT.**

*Invitatoire.* Authórem fidei & consummatórem Jesum, \* veníte adorémus.

Veníte exultémus Dómino, &c.

*Hymne, O tuâ dignum. à l'Office de la nuit des Justes, Prêtres, page xlv*

**AU I. NOCTURNE.**

*Pseaumes du Dimanche.*

1. *Ant.* Cum placuit ei, qui me segregávit ex útero matris meæ; ut evangelizárem filium suum, contrínud non acquievi carni & sanguini. *Galat. 1.*

2. *Ant.* Annúntians testimónium Christi, non judicávi me scire áliquid inter vos nisi Jesum Christum. 1. *Cor. 2.*

3. *Ant.* Quæ mihi fuerunt lucra, hæc arbitrátus sum propter Christum detrimenta, ut Christum lucrifáciam. *Philip. 3.*

¶ Mihi vivere Christus est & mori lucrum. *Phil. 1.* De Epístola prima beáti Pauli ad Corinthios.

*Leçon j. 1. Cor. I.*

**N**onne stultam fecit Deus sapiéntiam hujus mun-

di? Nam quia in Dei sapiéntia non cognóvit mundus per sapiéntiam Deum: placuit Deo per stultitiam prædicatiónis salvos facere credentes. Quóniam & Judæi signa petunt; & Græci sapiéntiam quærunt: nos autem prædicámus Christum crucifixum; Judæis quidem scándalum, Géntibus autem stultitiam: ipsis autem vocátis Judæis atque Græcis Christum Dei virtutem & Dei sapiéntiam. Quia quod stultum est Dei; sapiéntius est homínibus: & quod infirmum est Dei; fortius est homínibus.

¶ Ego veni annuntians vobis testimónium Christi, non in persuasibilibus humanæ sapiéntiæ verbis; sed in ostentióné spíritus & virtutis; \* Ut fides vestra non sit in sapiéntiá homínium, † Sed in virtute Dei. ¶ Quam pulchri pedes annuntiantis & prædicantis pacem, annuntiantis bona, prædicantis salutem: \* Ut fides. Glória Patri. † Sed in virtute. 1. *Cor. 2. Is. 42.* De Epístola secunda beáti Pauli Apóstoli ad Corinthios.

*Leçon ij. 2. Cor. 4.*

**H**abentes administratiónem, juxtà quod misericórdiam consecúti sumus; non defícimus: sed abdicámus occúlta dedecóris; non ambulantes in astútia, neque adulterantes

verbum Dei : ſed in manifeſtatione veritatis commendantes noſmetipſos ad omnem conſcientiam hominum coram Deo. Quod ſi etiam operum eſt Evangelium noſtrum ; in iis , qui pereunt , eſt operum : in quibus Deus huius ſæculi excæcavit mentes infidelium ; ut non fulgeat illis illuminatio Evangelii gloriæ Chriſti : qui eſt imago Dei.

R. Designavit alios & miſit illos binos , \* Et dicebat illis : meſſis quidem multa , operarii autem pauci. Ite : † Ecce ego mitto vos ſicut agnos inter lupos. V. Euntes ibant & flebant , mittentes ſemina ſua : venientes autem venient cum exultatione portantes manipulos ſuos. \* Et dicebat : Glória Patri. † Ecce ego. *Luc, 10. Pf. 125.*

*Leçon iij.*

**N**on enim noſmetipſos prædicamus , ſed Jeſum Chriſtum Dòminum noſtrum ; nos autem ſervos veſtros per Jeſum : quoniam Deus , qui dixit de tenebris lucem ſplendescere ; ipſe illuxit in cordibus noſtris ad illuminationem ſcientiæ claritatis Dei : in facie Chriſti Jeſu. Habemus autem theſaurum iſtum in vafis fictilibus ; ut ſublinitas ſit virtutis Dei : & non ex nobis. In omnibus tribulationem patimur ; ſed

non anguſtiámur : aperiámur ; ſed non deſtituimur : perſecutionem patimur ; ſed non derelinquimur : deſſicimur , ſed non perimus ; ſemper mortificationem Jeſu in corpore noſtro circumferentes : ut & vita Jeſu manifeſtetur in corporibus noſtris.

R. Tribulationes me manent , ſed nihil horum véreor , \* Dummodò conſummem curſum meum , & miniſterium verbi quod accepi à Dòmino , teſtificari Evangelium. V. Dòminus mihi adjutor : non timèbo quid faciát mihi homo. \* Dummodò. Glória Patri. Tribulationes. *juſqu'au V. Act. 20. Pf. 117.*

*AU II. NOCTURNE.*

1. *Ant.* Si habuero omnem ſcientiam , & omnem fidem , ita ut montes transferam , charitatem autem non habuero nihil ſum. 1. *Cor. 3.*

2. *Ant.* Charitas Dei diſſuſa eſt in cordibus noſtris per Spíritum ſanctum qui datus eſt nobis. *Rom. c. 5.*

3. *Ant.* Volebámus tradere vobis non ſolum evangelium Dei , ſed etiam animas noſtras. 1. *Theſſ. 2.*

V. Chriſtus animam ſuam pro nobis poſuit : R. Et nos debémus pro fratribus animas pònere. 1. *Jean, 3.*



## Leçon iv.

Tirée de la vie du Saint,  
écrite par plusieurs de ses  
Disciples.

**D**ominicus Calárogæ in  
Hispania ex nobili  
Gusmannorum familia na-  
tus est. Hunc mater dum  
utero gestaret, quædam  
vidisse per quietem tradi-  
tur, ex quibus conjicere  
prorum esset, eum quem  
paritura erat, splendore  
sanctitatis & doctrinæ mul-  
tos ad pietatem christi-  
anam inflammaturum. Pa-  
lentiæ liberalibus discipli-  
nis ac Theologiæ operam  
dedit. Quo in studio cum  
plurimum profecisset, an-  
nos natus viginti novem  
inter Canonicos Regulares  
Uxamentis Ecclesiæ coop-  
tatus est. Huius ingenium  
& virtus maxime enstuit,  
tum in impietate Mahu-  
metanorum expugnanda,  
tum præcipue in everten-  
dis Albigentibus hæreticis  
qui Tolosates pervertere  
conabantur. Huic operi,  
primùm auctore Didaco  
Episcopo suo, postea cum  
Legatis Apostolicis, & ad-  
iunctis eisdem Cisterciensis  
Ordinis Abbâtibus, non  
sine crebro vitæ discrimi-  
ne per annos novem, ver-  
bo, præcibus, & miraculis  
incubuit. Qui labor fruc-  
tus uberrimos protulit,  
conversis infinito propè nú-  
mero tam viris quam mu-  
lieribus; inter quas cum

plures ad sanctimoniâlem  
vitam aspirare cerneret,  
iis excipiendis monasté-  
rium in loco tunc Pruliâ-  
no dicto, Fulcône Tolo-  
sano Episcopo consentien-  
te, constituit: quod Simon,  
Comes de Monteforti,  
multis donationibus auxit.

*R.* Orâbat Dóminum di-  
cens: obsecro Dómine pec-  
câvit pópulus iste peccatum  
máximum; \* Aut dimitte  
eis hanc noxam, aut si  
non facis, † Dele me de  
libro tuo. *Y.* Optâbam ego  
ipse anathéma esse à Christo  
pro frâtribus meis. \* Aut  
dimitte. Glória Patri. †  
Dele me. *Exod. 32. Rom. 9.*

## Leçon v.

**P**ostea cepit etiam ad-  
ciscere sibi socios, qui-  
buscum vitæ communis ra-  
tionem institueret; quos  
Fulco, Tolosanus Episcopus,  
cum se hæreticis ad  
fidem revocandis, & pra-  
vis mortalium moribus  
corrigendis devoverent, in  
diocesi sua retinere consti-  
tuit; Dominicum verò se-  
cum Romam adduxit ad  
Synodum quam in Basili-  
ca Lateranensi quartam In-  
nocentius Papa tertius in-  
dixerat, ut de proposito  
instituto cum Pontifice age-  
ret, ejusque confirmatio-  
nem obtineret. Sed hæc In-  
nocentio, propter Decré-  
tum quod de verandis no-  
vis Ordinibus enixè à Pá-  
tribus in Synodo petebá-



tur, differenda visa est; & Dominicus interim dimissus, ut cum sociis unam ex approbatis antea regulis eligeret.

R. Sancta tua Domine & conculcata sunt, contaminata sunt. Sacerdotes tui facti sunt in luctum & in humilitatem; \* Et ecce nationes convenerunt, † Ut nos disperdent, nisi tu Deus adjuves nos. *Ps.* Noli timere, propter quod ego sum tecum nemo apponitur tibi, ut noceat. \* Et ecce. Gloria Patri. † Ut nos. *I. Machab.* 4. *Act.* 18.

*Leçon vj.*

**Q**uo facto, Romam rediens, ab Honorio tertio qui proximus Innocentio successerat, approbationem Ordinis sui sub Augustini regula, & Prædicatorum titulo, impetravit; & primam domum Tolosæ ad Ecclesiam sancti Romani constituit. Illic, anno nondum elapso, septem ex illo sodalizio Parisios missi, quos Dominicus, anno Ordinis tertio Parisios veniens, ad triginta illic excrevisse reperit; undè horum aliquot in varias regni urbes ad propagandum Ordinem, dum ipse Romam revertitur, direxit. Denique Romæ duobus iidem monasteriis constitutis, anno Christi ducentesimo vigesimo primo supra millési-

mo, Bononiæ post celebrata Ordinis comitia, febre correptus, caritatem, humilitatem, paupertatem fratribus testamento relinquens, obdormivit in Domino sextâ die Augusti: quem miraculis clarum postea Gregorius nonus in Sanctorum numerum retulit.

R. Hortabatur suos ne formidarent ad adventum nationum, sed sperarent ab omnipotente sibi affuturam victoriam: \* Et ita animis eorum erectis † Simul ostendebat nationum fallaciam. *Ps.* Reges terræ, & exercitus eorum occisi sunt in gladio, & omnes aves saturatæ sunt carnibus eorum: \* Et ita. Gloria Patri. † Simul. *On répète Hortabatur. jusqu'au Ps. 2 Mach. 15. Apoc. 19.*

### *AU III. NOCTURNE.*

1. *Ant.* Castigo corpus meum, & in servitutem redigo, ne fortè cum aliis prædicaverim, ipse reprobis efficiar. *I. Cor. 9.*

2. *Ant.* Adimpléo eo quæ defunt passionum Christi, pro corpore ejus quod est ecclesia, cujus factus sum ego minister. *Coloss. 1.*

3. *Ant.* Omnia sustineo propter electos, ut & ipsi salutem consequantur, quæ est in Christo Jesu. *2. Timot. 2.*

*Ps.* Charitas Christi urget nos. R. Quoniam pro

omnibus mortuus est. 2. 1. Corinth. 15.

Cor. 5.

Lectio Sancti Evangelii  
secundum Marcum.

Leçon vij. Ch. 16.

**I**N illo tempore : dixit  
Iesus discipulis suis :  
euntes in mundum univer-  
sum prædicæte Evangé-  
lium omni creaturæ. Et  
reliqua.

Homilia Sancti Gregorii  
Papæ.

Hom. 29. in Evang.

**P**roest omnis creaturæ  
nómine omnis natio  
géntium designári : Ante  
enim dictum fuerat , in viam  
géntium ne abieritis ; nunc  
autem dicitur prædicæte  
omni creaturæ , ut scilicet  
prius à Júdæa Apostolorum  
repulsa prædicatio tunc no-  
bis in adiutorium fieret ,  
cum hanc ille ad damnatió-  
nis suæ testimónium turba  
repulisset. Sed cum discipu-  
los veritas ad prædicandum  
mittit , quid aliud in mundo  
facit , nisi grana seminis  
spargit ! Et pauca grana  
mittit in semine , ut mul-  
tarum messium fruges reci-  
piat ex nostra fide.

R. Ecce contriti sunt  
inimici ; \* Ascendamus  
nunc mundare sancta & re-  
novare : † Et ascenderunt  
& mundaverunt sancta. V.  
Deo gratias qui dedit nobis  
victoriam per Dóminum  
nostrum Jesum Christum.  
\* Ascendamus. Glória Patri.  
† Et ascenderunt. 1. Mach.

Leçon viij.

**N**equè enim in universo  
mundo tanta fidélium  
messis exurgeret si de manu  
Dómini super rationálem  
terram illa electa grana  
prædicantium non vénissent.  
Sequitur qui crediderit , &  
baptisatus fuerit , salvus  
erit : qui verò non credide-  
rit condemnabitur. Fortasse  
unusquisque apud semetip-  
sum dicat : Ego jam credidi,  
salvus ero. Verum dicit si  
fidem operibus tenet. Vera  
etenim fides est , quæ in  
hoc quod verbis dicit , mó-  
ribus non contradicit. Hinc  
est enim , quod de quibus-  
dam falsis fidélibus Paulus  
dicit. Qui confitentur se  
nosse Deum factis autem  
negant.

R. Usquequò claudicatis  
in duas partes ? Invocæte  
nómina deórum vestrórum ,  
\* Et ego invocabo nomen  
Dómini mei ; † Et Deus  
qui exaudierit per ignem  
ipse sit Deus. V. Cujus opus  
manserit mercèdem acci-  
piet : cuius opus arserit de-  
trimentum patietur : \* Et  
ego. Glória Patri. † Et  
Deus. 3. Rois , 18. 1. Cor.  
13.

Leçon ix.

**S**igna autem eos qui cra-  
dituri sunt , hæc sequen-  
tur. In nómine meo damóni-  
a ejicient , linguis loquen-  
tur novis , serpentes tol-  
lent , & si mortíferum quid

berint, non eis nocēbit, super agros manus impo-  
nent, & benè habēbunt. Nunquid nam, fratres mei,  
quia ista signa non faciatis, minime creditis: Sed hæc  
necessaria in exordio Eccle-  
siae fuerunt; ut enim ad fidem  
cresceret multitudo creden-  
tium miraculis fuerat nu-  
trienda: Quia, & nos cum  
arbusa plantamus, tandiu  
eis aquam infundimus quo-  
usque ea in terra iam coa-  
luisse videamus; & si semel  
radicem fixerit irrigatio ces-  
sabit. Hinc est enim quod  
Paulus dicit. Linguae in sig-  
num sunt non fidelibus,  
sed infidelibus.

*R.* Non superavit illum  
verbum aliquod, & mor-  
tuum prophetavit corpus  
ejus. \* In vita sua fecit  
monstra, † Et in morte  
mirabilia operatus est. †  
Videntes turbæ glorifica-  
verunt Deum, qui dedit  
potestatem talem homini-  
bus. In vita sua. Gloria Pa-  
tri. † Et in morte. *On ré-  
pète Non superavit. jusqu'au  
V. Eccl. 48. Math. 9.*

*V. Sacerd.* Fides coope-  
rabatur operibus illius. *R.*  
Et in operibus fides con-  
summata est. *Jac. 2.*

Te Deum.

A L A U D E S.

*Pseaumes du Dimanche.*

1. *Ant.* **J**ustus ut palma flo-  
rescit in domo Dó-  
mini, sicut cedrus libani  
multiplicabitur. *Pf. 91.*

2. *Ant.* Sicut plantatio  
cedri in monte libani, sic  
circa illum steterunt filii  
in gloria sua. *Eccl. 50.*

3. *Ant.* Plantati in domo  
Dómini, adhuc multipli-  
cabuntur in senecta úberi  
& benè patientes erunt ut  
annuntient. *Pf. 91.*

*Ant.* Ego Dóminus.

CANTICUM. *Eccl. 2.*

**Q**ui timētis Dóminum,  
credite illi; \* & non  
evacuabitur merces  
vestra.

Qui timētis Dóminum,  
sperate in illum; \* & in  
oblectationem veniet vobis  
misericordia.

Qui timētis Dóminum,  
diligite illum; \* & illumi-  
nabuntur corda vestra.

Respícite, filii, nationes  
hóminum; \* & scitote  
quia nullus speravit in Dó-  
mino, & confusus est.

Quis enim permansit in  
mandatis eius, & derelictus  
est? \* aut quis invo-  
cavit eum, & despexit il-  
lum?

Quóniam pius & miséri-  
cors est Deus, & remittet  
in die tribulationis, pec-  
cata; \* & protector est  
ómnibus exquirentibus se  
in veritate.

4. *Ant.* Ego Dóminus dí-  
ligens iustitiam; dabo opus  
eorum in veritate, quón-  
iam isti sunt semen cui  
benedixit Dóminus. *Is. 61.*

5. *Ant.* Anima mea illi  
vivet, & semen meum fér-



viet illi; annuntiábunt iustítiam ejus pópulo qui nascétur. *Pf. 21.*

CAPITULE. *Is. 49.*

**E**Cce fœdus meum cum eis dicit Dóminus, spíritus meus qui est in te, & verba mea quæ posui in ore tuo, non recédent de ore tuo, & de ore fœminis tui à modò & usquè in sempiternum. *Is. 49.*

*Hymne, O Sacerdótum. au Commun d'un Juste, Prêtre, page xlix.*

Ÿ. In omnem terram exiit sonus eórum. *R.* Et in fines orbis terræ verba eórum. *Pf. 18.*

*Ant. A Benedictus. qu'il faut doubler. Dedit illi Dóminus glóriam in gente suâ crescere illum quasi terræ cumulum, & ut stellas exaltare semen ejus, & hæreditare illos à mari usquè ad mare, & à flumine usquè ad terminos terræ. Eccl. 44.*

O R A I S O N.

**D**Eus, qui Ecclesiám tuam beati Domínici illuminare dignatus es méritis & doctrinis; concède, ut ejus intercessióne temporalibus non destituatur auxiliis, & spiritalibus semper proficiat incrementis. Per Dóniaum nostrum.

A P R I M E.

*Ant. Justus.*

*Au R. br. Ÿ. Quies Apóstolus & Póntifex confessiónis nostræ. Hébr. 3.*

A T I E R C E.

*Ant. Sicut plantatio.*

CAPITULE. *1. Cor. 2.*

**N**ON nosmetípfos prædicámus, sed Jesum Christum Dóminum nostrum; quóniam Deus qui dixit de ténébris lucem splendescere, ipse illúxit in córdibus nostris ad illuminationem sciéntiæ claritátis Dei in fácie Christi Jesu.

*R. br. Erátis aliquando ténébræ: \* Allelúia, allelúia. Erátis. Ÿ. Nunc autem lux in Dómino: \* Allelúia, allelúia. Glória Patri. Erátis aliquando ténébræ, allelúia, allel.*

Ÿ. Virtútes annuntiétis ejus: *R.* Qui de ténébris vos vocávit in admirábile lumen suum. *Ephes. 5. 1. Pier. 2.*

A S E X T E.

*Ant. Plantati.*

CAPITULE. *2, Cor. 4.*

**I**N ómnibus tribulationem patimur, sed non angustiamur, aporiamur sed non destituimur: persecutióne patimur, sed non derelinquimur: desicimur, sed non perimus: semper mortificatióne Jesu in corpore nostro circumferentes, ut & vita Jesu manifestetur in corpóribus nostris.

*R. br. Propter te Dómine mortificamur totá die: \* Allelúia, allelúia. Propter te. Ÿ. Estimati sumus*

sicut oves occisionis, \* Alleluia, alleluia. Gloria Patri. Propter te Domine. Rom. 8.

ψ. In his omnibus superamus: R. Propter eum qui dilexit nos. Rom. 8.

A N O N E.

Ant. Anima mea.

C A P I T U L E.

**U**Sque ad vos pervenimus in evangelio Christi, spem habentes, crescentis fidei vestrae, æmulator enim vos Dei æmulatione, despondi enim vos uni viro, virginem castam exhibere Christo.

R. br. Deus zelotes nomen ejus, Deus est æmulator: \* Alleluia, alleluia. Deus zelotes. ψ. Odio habens rapinam in holocausto. \* Alleluia, alleluia. Gloria Patri. Deus zelotes.

ψ. Quid mihi est in caelo; R. Et à te Deus quid volui super terram. Exod. 34. Is. 61. Ps. 72.

A U X I I. V E P R E S.

Pseaumes, Dixit. page 28. Beatus vir. page 29. Laudate pueri. page 30. Qui confidunt. page 96. Domine non est exaltatum. page 97.

1. Ant. **E**T si aliis non sum Apóstolus, sed tamen vobis sum. Nam signaculum Apóstolatus mei vos estis in Domino. 1. Cor. 9.

2. Ant. In Christo Jesu per evangelium vos genui:

rogo ergo vos fratres, imitatores mei estote sicut & ego Christi. 1. Cor. 4.

3. Ant. Signa Apóstolatus mei facta sunt super vos in omni patientia, & prodigiis & virtutibus. 2. Cor. 12.

4. Ant. Bonum æmulamini filiioli mei, quos iterum parturio donec formetur in vobis Christus. Gal. 4.

5. Ant. Quæ est enim nostra spes? Nonne vos ante Dominum Jesum Christum estis gloria nostra & gaudium. 1. Theff. 2.

C A P I T U L E. 1. Theff. 2.

**I**psi scitis, fratres, introitum nostrum ad vos, quia non inanis fuit; sed contumeliis affecti, fiduciam habuimus in Deo nostro loqui ad vos evangelium Dei in omni sollicitudine.

Alleluia, alleluia. ψ. Gratiarum ago ei qui me confortavit Christo Jesu, quia fidelem me existimavit ponens in ministerio, alleluia. 1. Tim. 1.

Hymne, Quantis micau Commun des Justes, page lj.

ψ. Esto fidelis usque ad mortem, R. Et dabo tibi coronam vitæ. Apoc. 2.

Ant. à Magnificat. qui se double. Tempus resolutionis meæ instat. Bonum certavi, cursum consummavi, fidem servavi; in reliquo repõsita est mihi

coróna iustitiæ, quam red-  
det mihi iustus iudex, non  
solum autem mihi, sed &  
iis qui diligunt adventum  
ejus. 2. Tim. 4.

L'Oraison de Laudes.

A C O M P L I E S.

Ant. Abjiciámus ópera  
tenebrárum, & induámur

arma lucis; sicut in die  
honestè ambulémus. Rom.  
13.

A Nunc dimittis. Ant.  
Fructus lucis est in omni  
bonitáte & iustitia, & ve-  
ritáte, probantes quid sit  
be neplácitum Deo. Eph. 5,  
9.

F I N.

*[Faint, mostly illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]*

*[Faint, mostly illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]*



F E T E

DU ROSAIRE

DE LA BENVOLANTE

VERGE MARIE

Single C. 1. 5

<sup>A</sup>  
**FÊTE**

**DU ROSAIRE**

*DE LA BIENHEUREUSE*

**VIERGE MARIE.**



FÊTE  
DU ROSAIRE  
DE LA BIENHEUREUSE  
VIERGE MARIE

PREMIER DIMANCHE D'OCTOBRE.  
 FETE DU ROSAIRE,  
 DE LA BIENHEUREUSE  
 VIERGE MARIE.  
 SOLEMNEL-MINEUR.

AUX I. VEPRES.

*Psœumes de la Fête.*

1. **E**xultate Deo  
*Ant.* adjutori nos-  
 tro, jubilate Deo Ja-  
 cob. Sumite psalmum,  
 & date tympanum;  
 psalterium jucundum  
 cum citharâ, in insigni  
 die solemnitatis vestræ.

*Pf. 80. v. 1.*

2. *Ant.* Ego mater  
 pulchræ dilectionis, &  
 timoris, & agnitionis,  
 & sanctæ spei. Memo-  
 ria mea in generationes  
 seculorum. *Eccl. 24.*  
*v. 24.*

3. *Ant.* Ob audite  
 me divini fructus, &

quasi rosa plantata juxta  
 rivos aquarum fructifi-  
 cate, quasi libanus o-  
 dorem suavitatis habe-  
 te. *Eccl. 39. v. 17.*

4. *Ant.* Qui audit  
 me non confundetur,  
 & qui operantur in me  
 non peccabunt; qui  
 elucidant me vitam  
 æternam habebunt. *Ec.*  
*24. v. 30.*

5. *Ant.* In omnibus  
 requiem quæsi, &  
 in hæreditate Domini  
 morabor. Creator om-  
 nium; & qui creavit  
 me requievit in taber-  
 naculo meo. *Eccl. 24.*  
*v. 11.*

CAPITULE. *Luc, 1.28.*

**C**onvult Dominus  
novum super ter-  
ram: fœmina circumda-  
bit virum; adhuc di-  
cent in terrâ Juda:  
benedicat tibi Dominus  
pulchritudo justitiæ,  
mons sanctus. *Jér. 31.*  
*v. 22.*

✠. Ave gratiâ plena,  
Dominus tecum. Be-  
nedicta tu in mulieri-  
bus. Ecce concipies in  
utero, & paries filium.  
Hic erit magnus, &  
filius altissimi vocabi-  
tur. ✠. Ecce virgo con-  
cipiet, & pariet filium,  
& vocabitur nomen  
ejus Emmanuel. Gloria  
Patri. ✠. Ave. *Is. 7.*  
*v. 14.*

H Y M N E.

**C**œlestis Ales nun-  
tiat  
Implenda mox myste-  
ria:  
Virtute fœcundâ Deus  
Illapsus implet Virgi-  
nem.

Qualis stupendo glo-  
ria

Te, Virgo, de partu  
manet!

Conceptus in tuo sinu;  
Natus Deo, nunc est  
tuus.

De virginali sangui-  
ne,

Quem nulla labes infi-  
cit,

Fingente sancto Spi-  
ritu,

Christi caro compingi-  
tur.

Nobis per hanc mor-  
talibus

Lactescit esca Cœli-  
tùm:

Nos pascit infantes  
homo,

Qui pascit Angelos  
Deus.

Mundo redemptor qui  
venis,

Fili, tibi laus maxima  
Cum Patre, nec tibi  
minor

Laus, utriusque Spiri-  
tus. Amen.

✠. Benedicta tu inter



mulieris. *R.* Et benedictus fructus ventris tui. *Luc 1. v. 43.*

*A Magnificat. Ant.*  
Mysterium quod absconditum fuit à seculis & generationibus, nunc manifestatum est sanctis, quibus voluit Deus notas facere divitias gloriæ sacramenti hujus, quod est Christus, in vobis spes gloriæ. *Col. 1. v. 26.*

### A COMPLIES.

*Ant.* Surge Domine in requiem tuam, tu & arca sanctificationis tuæ. *Pf. 131.*

### H Y M N E.

**V**irginis titulis matris quæ jungis honores,

Hæc natos foveas nocte benigna tuos.

Fulgida stella maris, seculi dum mergimur undis,

Sis lux in tenebris, & benè fida quies.

Si sopor obrepit,

casti fac mater amoris,

Cor vigilans uno spiret amore Dei.

*O Regina potens,*  
propius res aspice nostras:

Dicaris populi vita salusque tui.

Cujus Virgo parens,  
sit laus tibi summa,  
Redemptor:

Compar sit Patri, Spirituique decus.

Amen.

*A Nunc dimittis. Ant.*

Qui ingressus est in requiem ejus, etiam ipse requievit ab operibus suis, sicut à suis Deus. Festinemus ergo ingredi in illam requiem.

*Hebr. 4. v. 10.*

### A L'OFFICE

### DE LA NUIT.

*Invitatoire.* Filium Dei factum ex muliere, factum sub lege, \* Venite, adoremus.

*Galat. 4. v. 4.*

A \*

## HYMNE.

**D**um spargit aram  
sanguine  
Jesus salutis hostia,  
Præfens doloris æmu-  
lum

Maria pectus immolat.

Caput cruentum Filii  
Matris coronat verti-  
cem :

Clavis iisdem figitur  
Christus cruci, Christo  
parens.

O passionis mutæ,  
Jesu, Maria, conscii!  
Alterna vobis vulnera  
Inferre tandem parcite.

Quem vos doletis,  
noster est

Error, furorque crimi-  
num :

Totum scelus fatenti-  
bus

Partem doloris reddite.

Qui natus es de Vir-  
gine,

Jesu, tibi sit gloria

Cum Patre, cumque  
Spiritu,

In sempiterna secula.

Amen.

## AU I. NOCTURNE.

*Pss. du Dim. à tout l'Off.*

*Ant.* Exurgens Ma-  
ria abiit in montana  
cum festinatione, & in-  
travit in domum Zacha-  
riæ, & salutavit Eli-  
zabeth. *Luc. 1. v. 39.*

*Ant.* Impleti sunt  
dies Mariæ ut pareret,  
& peperit filium suum  
primogenitum, & pan-  
nis eum involvit, & re-  
clinavit in præsepio.  
*Luc 2. v. 7.*

*Ant.* Cum inducerent  
puerum Jesum in tem-  
plum parentes ejus, Si-  
meon accepit eum in  
ulnas suas, & dixit ad  
Mariam matrem ejus.  
*Luc 2. v. 27.*

ψ. Ecce positus est  
hic in signum cui con-  
tradictetur. R. Et tuam  
ipsius animam pertran-  
sibit gladius. *Luc 2, 34.*

*Leçon j.*

De l'Eccles. Cap. 24.

**I**N omnibus requiem  
quæsi, & in hære-

ditate Domini morabor. Tunc præcepit, & dixit mihi Creator omnium, & qui creavit me, requievit in tabernaculo meo, & dixit mihi: in Jacob inhabitabit, & in Israel hæreditare, & in electis meis mitte radices. Ab initio, & ante secula creata sum, & usque ad futurum seculum non desinam, & in habitatione sanctâ coram ipso ministravi. Et sic in Sion firmata sum, & in civitate sanctificata similiter requievi, & in Jerusalem potestas mea. Et radicavi in populo honorificato, & in parte Dei mei hæreditas illius, & in plenitudine Sanctorum detentio mea. Tu autem.

℞. Ut audivit salutationem Mariæ Elizabeth, exultavit infans in utero ejus. \* Et repleta Spiritu sancto

exclamavit: & undè hoc mihi? Ut veniat mater Domini mei ad me. *Luc 1. v. 41.*

℥. Priusquam te formarem in utero novi te, & antequam exires de vulvâ sanctificavi te, & prophetam in gentibus dedi te. *Jér. 1. v. 5. \** Et repleta est.

*Leçon ij.*

**Q**uasi cedrus exaltata sum in Libano, & quasi cypressus in monte Sion: quasi plantatio rosæ in Jericho, quasi oliva speciosa in campis, & quasi platanus exaltata sum juxtâ aquam in plateis. Sicut cinnamomum, & balsamum aromatizans odorem dedi, & quasi myrrha electa dedi suavitatem odoris, & quasi storax, & galbanus, & ungula, & gutta, & quasi libanus non incisus vaporavi habitationem meam, & quasi balsa-



mum non mixtum odor meus. Et quasi terebinthus extendi ramos meos, & rami mei honoris, & gratiæ. Tu autem.

R. Dixit Angelus ad pastores: evangeliso vobis gaudium magnū, quod erit omni populo; \* Quia natus est vobis salvator, qui est Christus Dominus, in civitate David. *Luc 2. v. 10.*

ψ. Tu Bethleem Ephrata, parvulus es in milibus Judæ, ex te mihi egredietur qui sit dominator in Israel, & egressio ejus à diebus æternitatis. *Mich. 5. v. 2.* \* Quia natus est.

*Leçon iij.*

**E**GO Mater pulchræ dilectionis, & timoris, & agnitionis, & sanctæ spei. In me gratia omnis viæ, & veritatis. In me omnis spes vitæ, & virtutis.

Transite ad me omnes, qui concupiscitis me, & à generationibus meis implemini. Spiritus enim meus super mel dulcis, & hæreditas mea super mel, & favum. Memoria mea in generationes seculorum. Qui edunt me, adhuc esurient, & qui bibunt me, adhuc sitient. Qui audit me, non confundetur, & qui operantur, in me, non peccabunt. Qui elucidant me, vitam æternam habebunt. Tu autem.

R. Postquam impleti sunt dies purgationis Mariæ, tulerunt Jesum in Jerusalem, \* Ut sisterent eum Domino, & ut darent hostiam, secundum quod dictum est in lege Domini. *Luc 2. v. 22.*

ψ. Sacrificium & oblationem noluisti, aures autem perfecisti mihi:

tunc dixi: Ecce venio, ut facerem Deus voluntatem tuam. Gloria Patri. \* Ut sifterent. *Pf. 39. v. 7.*

## AU II. NOCTURNE.

*Ant.* Ibant parentes ejus in Jerusalem in die solemnibus Paschæ, & cum redirent, remansit puer Jesus, & non cognoverunt. *Luc 2, v. 42.*

*Ant.* Apparuit Jesu Angelus de cælo confortans eum; & factus est sudor ejus sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram. *Luc 22, v. 43.*

*Ant.* Convocatis principibus Sacerdotum, Pilatus dixit ad illos: nullam causam invenio in homine isto ex his in quibus eum accusatis; emendatum ergo illum dimittam. *Luc 23, v. 14.*

\* Ego sum vermis & non homo. *Ps. Op-*

probrium hominum & abjectio plebis. *Pf. 21, v. 7.*

*De l'Histoire de l'Ordre des Fr. Prêcheurs.*

## Leçon iv.

**C**Um Albigenfium hæresis, sacrosanctæ Matris Dei dignitati potissimum infesta, in regione Tolosatum impiè grassaretur; beatissimus Pater Dominicus, qui eo tempore Prædicatorum Ordinis fundamenta jecit: in eam hæresim debellandam totus incumbens, ob idque Beatissimam Virginem assiduis precibus interpellans; ab ipsa moneatur ut Rosarium omnimentis fervore prædicet: velut singulare ad evertendas hæreses, & vitia extinguenda præsidium. Cœpit ergo deinceps incredibili cum animarum fructu; saluberrimum Rosarii

institutum per Beatum Dominicum promulgari : quem ejus auctorem fuisse Leo Decimus, Pius Quintus, Gregorius Tertiusdecimus, & Sixtus Quintus Apostolicis Diplomatum profitentur.

℞. Requirentes Jesum parentes ejus, invenerunt illum in templo, sedentem in medio doctorum, audientem illos, & interrogantem eos : \* Et stupebant omnes super prudentiam & responsis ejus. *Luc 2. v. 45.*

✧. Requiescet super eum spiritus Domini : spiritus sapientiae & intellectus, spiritus consilii & fortitudinis, spiritus scientiae & pietatis. *Is. 11. v. 2.* \* Et stupebant.

*Leçon v.*

**E**st autem Rosarium, sive Psalterium, sacra quaedam formula

precandi Deum in honorem beatæ Mariæ ; qua per quindecim Salutationis Angelicæ Decades, interjecta singulis oratione Dominica : quindecim præcipua Redemptionis humanæ mysteria piis meditationibus percensentur. Inter innumeros porro ejus fructus ; merito navalis ea victoria celebratur : quam anno Domini millesimo quingentesimo septuagesimo primo die septima Octobris, quæ Dominica fuit ; ad Naupactum Achaici sinus : de Turcarum classe longè potentiori Christiani Principes reportarunt. Nam cum eo die Sodalitates Rosarii solitas preces ac processiones haberent : eas piè creditum est pro Christiana classe plurimum profuisse.

℞. Positis genibus



orabat Jesus dicens : pater mi, si vis, transfer à me calicem istum; \* Verumtamen non mea voluntas, sed tua fiat. Et factus in agoniâ prolixius orabat. *Luc 22. v. 41.*

✠. Domine Deus salutis meæ, intret in conspectu tuo oratio mea, quia repleta est malis anima mea. *Pf. 87. v. 1.* \* Verumtamen.

*Leçon vj.*

**I**llud etiam ipsum Gregorius Tertiusdecimus literis Apostolicis apertè testatus est. Quocircà Clemens Octavus; Apostolica auctoritate confirmans festum Rosarii Dominicâ primâ Octobris ab eodem Gregorio propterea institutum: publicis Ecclesiæ tabulis hæc inscribenda præcepit. Die septimo Octobris; commemoratio

sanctæ Mariæ de Victoria: Quam Pius Quintus Pontifex Maximus; ob in signem victoriam à Christianis bello navali, ejusdem Dei Genitricis auxilio, hac ipsa die de Turcis reportatam, quotannis fieri instituit: & Gregorius Tertiusdecimus; prima hujus mensis Dominica die: annuam solemnitatem Rosarii ejusdem Beatissimæ Virginis celebrandam decrevit.

✠. Videns Pilatus quod nihil proficeret, lavit manus suas coram populo dicens: \* Innocens ego sum à sanguine justii hujus. Tunc dimisit illis Barrabam, Jesum autem flagellatum tradidit eis. *Matt. 27. v. 24.*

✠. Adversum me lætati sunt, & convenerunt. Congregata sunt super me flagella, &

ignoravi. *Pf. 34. v. 15.*  
 \* Innocens. Gloria Pa-  
 tri. \* Innocens.

**AVIII. NOCTURNE.**

*Ant.* Exiit Jesus  
 portans coronam spi-  
 neam, & purpureum  
 vestimentum; & dixit  
 Pilatus: Ecce homo.

*Jean 19. v. 5.*

*Ant.* apprehende-  
 runt Simonem quem-  
 dam Cyrenensem, &  
 imposuerunt illi Cru-  
 cem portare post Je-  
 sum. *Luc 23. v.*  
*26.*

*Ant.* Stabant juxta  
 crucem Jesu Mater  
 ejus, & soror matris  
 ejus Maria Cleophæ,  
 & Maria Magdalene.

*Jean 19, v. 25.*

\* Plangent eum  
 planctu quasi super uni-  
 genitum, &c. Et dole-  
 bunt super eum ut in  
 morte primogeniti.

*Zach. 12. v. 10.*

Lectio sancti Evangelii  
 secundum Matthæum.

*Leçon vij. Ch. 1.*

**L**iber generationis  
 Jesu Christi, filii  
 David, filii Abraham.  
 Abraham genuit Isaac;  
 Isaac autem genuit  
 Jacob. Et reliqua.

Homilia sancti Hiero-  
 nymi, Presbyteri.

*Liv. 1. sur S. Matth.*

**I**N Isaïa legimus:  
 Generationem ejus  
 quis enarrabit? Non  
 putemus Evangelistam  
 Prophetæ esse contra-  
 rium, ut quod ille im-  
 possibile dixit effatu,  
 hic narrare incipiat;  
 quia ibi de generatione  
 divinitatis, hic de in-  
 carnatione est dictum.  
 A carnalibus autem  
 cœpit, ut per hominem,  
 Deum discere incipia-  
 mus. Filii David, filii  
 Abraham. Ordo præ-  
 posterus, sed necessario  
 commutatus. Si enim  
 primùm posuisset Abra-

ham, & postea David, rursus ei repetendus fuerat Abraham, ut generationis series teneretur.

ix. Milites plectentes coronam de spinis posuerunt super caput ejus, & arundinem in dexterâ ejus; \* Et genuflexo ante eum, insultebant ei dicentes: Ave Rex Judæorum. *Matth. 27. v. 28.*

x. Egredimini, & videte filiâ Sion Regem in diademate, quo coronavit eum mater sua. \* Et genuflexo. *Cant. 7. v. 11.*

*Leçon viij.*

**I**Deo autem cæteris prætermis, horum filium nuncupavit, quia ad hos tantum facta est de Christo repromissio. Ad Abraham: In femine, inquit, tuo, benedicentur omnes gentes, quod est Christus. Ad David: De fructu

ventris tui ponam super sedem tuam. Judas autem genuit Phares & Zaram de Thamar. Notandum, in genealogia Salvatoris nullam sanctarum assumi mulierum, sed eas quas Scriptura reprehendit: ut qui propter peccatores venerat, de peccatoribus nascens, omnium peccata deleret. Unde & in consequentibus Ruth Moabitis ponitur, & Bethsabee uxor Uriæ. Jacob autem genuit Joseph virum Mariæ. Hunc locum objicit nobis Julianus Augustus dissimulantia Evangelistarum, cur Evangelista Matthæus Josephi dixerit filium Jacob, & Lucas eum filium appellarit Heli: non intelligens consuetudinem Scripturarum, quod alter secundum naturam, alter secundum legem



ei pater sit. Scimus enim hoc per Moysen Deo iubente præceptum, ut si frater aut propinquus absque liberis mortuus fuerit, alius ejus accipiat uxorem, ad suscitandum semen fratris, vel propinqui sui.

℞. Tradidit eis Jesum Pilatus ut crucifigeretur. Susceperunt autem illum, & duxerunt; \* Et bajulans sibi crucem exivit in eum qui dicitur calvariæ locum.

*Jean 19. v. 16.*

ψ. Principatus ejus super humerum ejus: & multiplicabitur ejus imperium, & pacis non erit finis. \* Et bajulans.

*Is. 9. v. 6.*

*On récite pour neuvième leçon l'Homélie du Dimanche occurrent.*

℞. Ducebantur cum eo & alii duo nequam ut interficerentur. Et postquam venerunt in

locum; \* Ibi crucifixerunt eum; & latrones unum à dextris, & alterum à sinistris. *Luc 23. v. 32.*

ψ. Fortium dividet spolia, eo quod tradidit in mortem animam suam, & cum sceleratis reputatus est. \* Ibi crucifixerunt eum. Gloria Patri. ℞. Ducebantur.

*Is. 53. v. 12.*

Te Deum.

ψ. *Sacerdotal.* A summo cælo egressio ejus. ℞. Et occursum ejus usque ad summam ejus. *Pf. 18. v. 7.*

A L A U D E S.

*Ant.* **A**ngelus Dixit mulieribus: scio quod Jesum, qui crucifixus est, queritis. Non est hic: surrexit, sicut dixit. Venite, & videte locum ubi positus erat. *Matth. 28. v. 5.*

*Ant.* Elevatis manibus benedixit discipu-

lis : & factum est dum benediceret illis , recessit ab eis , & ferebatur in cœlum. *Luc 24. v. 15.*

*Ant.* Apparuerunt Apostolis dispersitæ linguæ tanquam ignis , seditque supra singulos eorum. Et repleti sunt omnes Spiritu sancto , & cœperunt loqui variis linguis. *Act. 2. v. 3.*

*Ant.* Quæ est istaque progreditur tanquam aurora confurgens ? pulchra ut luna , electa ut sol , terribilis ut castrorum acies ordinata. *Cant. 6. v. 7.*

*Ant.* Signum magnum apparuit in cœlo. Mulier amicta sole , & luna sub pedibus ejus , & in capite ejus corona stellarum duodecim. *Apoc. 12. v. 1.*

CAPITULE. 3. *Rois, 2.*

**S**urrexit rex in occursum ejus , positus-

que est thronus matris ejus , quæ sedit ad dexteram ejus. Et dixit ei rex : pete mater mea ; nec enim fas est , ut avertam faciem tuam.

H Y M N E.

**O** Quàm glorificâ luce eoruscas , Stirpis Davidicæ regia proles ;

Sublimis residens , virgo Maria ,

Supra Cœligenas ætheris omnes !

Tu cum virgineo mater honore

Cœlorum Domino pectoris aulam

Sacris visceribus casta dedisti :

Humanos Deus hinc induit artus.

Quem cunctus venerans orbis adorat ,

Cui nunc ritè genu flectitur omne ;

A quo , te precibus subveniente ,

Æterni petimus gaudia  
regni.

Divinæ Soboli qui  
dare matrem

In terris voluit, gloria  
Patri :

Cujus Virgo parens,  
gloria Nato :

Quo fœcunda, tibi  
gloria, Flamen.

Amen.

Ÿ. Respexit Deus  
humilitatem ancillæ  
suæ. R. Ecce enim ex  
hoc beatam me dicent  
omnes generationes.

Luc 1. v. 48.

A. Benedictus. Ant.

Memorare dierum hu-  
militatis tuæ. Et tu  
invoca Dominum, &  
loquere regi pro nobis,  
& libera nos de morte.

Esth. 15. v. 2.

O R A I S O N.

**D**Eus, cujus Uni-  
genitus per vitam,  
mortem, & resurrec-  
tionem suam nobis sa-  
lutis æternæ præmia  
comparavit, concede

quæsumus, ut hæc mys-  
teria Sanctissimo Rosa-  
rio Beatæ Mariæ Vir-  
ginis recolentes, &  
imitemur quod conti-  
nent, & quod promit-  
tunt assequamur. Per.

A. P R I M E.

Doxol. Qui natus es.

Ant. Angelus.

Au R. br. Qui factus es  
omnibus causa salutis  
æternæ. Heb. 5. v. 9.

C A N O N.

**D**E Apostolicæ po-  
testatis plenu-  
dine, ad laudem Dei,  
& Domini nostri Jesu  
Christi, ejusdemque  
virginis matris, tenore  
præsentium decerni-  
mus : ut de cœtero  
perpetuis futuris tem-  
poribus, quâlibet die  
primâ Dominicâ mensis  
Octobris, per universi  
orbis partes, in his  
scilicet Ecclesiis, in  
quibus Altare, vel  
Capella Rosarii fuerit,  
ab omnibus & singuli



ūtriūſque ſexūs fidelibus feſtum ſolemne ſub nuncupatione Roſarii prædicti, ad inſtar aliarum feſtivitatum ſolemnum, celebretur, & ſanctificetur. *Grégoire XIII, dans la Bulle qui commence, Monet A-*  
*poſtolus.*

## A T I E R C E.

*Ant. Elevatis.*

CAPITULE. *Phil. 2, 5.*

**H**oc ſentite in vobis quod & in Chriſto Jeſu, qui cum in formâ Dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo; ſed ſemetipſum exinanivit formam ſervi accipiens, in ſimilitudinem hominum factus, & habitu inventus ut homo.

*By. br.* Deus erat verbum, & verbum caro factum eſt. Alleluia, alleluia. *ψ.* Et habitavit in nobis. Alleluia, alleluia. Gloria Patri. Deus erat.

*ψ.* Vidimus gloriam ejus, gloriam quaſi unigeniti à patre, *By.* Plenum gratiæ & veritatis. *Jean 1.*

## A S E X T E.

*Ant. Apparuerunt.*

CAPITULE. *Phil. 2.*

**C**hriſtus humiliavit ſemetipſum factus obediens uſque ad mortem, mortem autem crucis. Propter quod & Deus exaltavit illum, & donavit illi nomen quod eſt ſuper omne nomen, ut in nomine Jeſu omne genuſclectatur, cœleſtium, terreſtrium & infernorum.

*By. br.* Qui ſe exaltat humiliabitur, Alleluia, alleluia. Qui ſe exaltat. *ψ.* Et qui ſe humiliat exaltabitur. Alleluia, alleluia. Gloria Patri. Qui ſe. *Luc 14, v. 12.*

*ψ.* Si commortui ſumus & convivemus, *By.* Si ſuſtinebimus & con-

regnabimus. 2. Tim. 2.  
v. 12.

A N O N E.

Ant. Signum.

CAPITULE. Rom. 6, 9.

**C**hristus resurgens  
ex mortuis jam  
non moritur, mors illi  
ultra non dominabitur;  
quod enim mortuus est  
peccato, mortuus est  
semel: quod autem  
vivit, vivit Deo, ita  
& vos existimate vos  
mortuos quidem esse  
peccato, viventes au-  
tem Deo in Christo  
Jesu Domino nostro.

R. br. Si consurrexif-  
tis eum Christo qua  
sursum sunt quærite,  
Alleluia, alleluia. ✠.  
Quæ sursum sunt sapite  
non quæ super terram.  
Alleluia, allel. Gloria  
Patri. Si consurrexistis.  
Coll. 3. v. 1.

✠. Non regnet pec-  
catum in vestro mortali  
corpore. R. Ut obe-  
diatis concupiscentiis

ejus. Rom. 6. v. 12.

AUX II. VEPRES.

Ant. **S**I spiritus ejus,  
qui suscitavit  
Jesum à mortuis, ha-  
bitat in vobis, qui sus-  
citavit Christum à mor-  
tuis, vivificabit &  
mortalia corpora vestra  
propter inhabitantem  
spiritum ejus in vobis.  
Rom. 8. v. 11.

Ant. Unicuique nos-  
trum data est gratia,  
secundum mensuram  
donationis Christi.  
Propter quod dicit:  
ascendens in altum cap-  
tivam duxit captivita-  
tem, dedit dona homi-  
nibus. Eph. 4. v. 8.

Ant. Quicumque  
spiritu Dei aguntur,  
ii sunt filii Dei. Non  
enim accepistis spiritum  
servitutis iterum in ti-  
more, sed accepistis  
spiritum adoptionis fi-  
liorum. Rom. 8. v. 15.

Ant. Habentes fidu-  
ciam in introitu sancto-

rum in sanguine Christi,  
quam initiavit nobis  
viam novam & viven-  
tem, per velamen, id  
est carnem suam. *Heb.*  
*10. v. 19.*

*Ant.* Vita vestra  
abscondita est cum  
Christo in Deo. Cum  
Christus apparuerit vita  
vestra, tunc & vos ap-  
parebitis cum ipso in  
gloriâ. *Col. 3. v. 3.*

**CAPITULE.** *Rom. 8, 29.*

**Q**uos præscivit &  
prædestinavit  
Deus conformes fieri  
imagini filii sui, ut sit  
ipse primogenitus in  
multis fratribus, hos &  
vocavit: & quos voca-  
vit, hos & justificavit:  
quos autem justificavit,  
illos & glorificavit.

Alleluia, alleluia. *ψ.*  
Omnia vestra sunt, vos  
autem Christi, Christus  
autem Dei. Alleluia,  
*1. Cor. 3. v. 23.*

## H Y M N E.

**J**esu, nostra redemp-  
tio,  
Amor & desiderium,  
Deus creator omnium,  
Homo in fine tempo-  
rum.

Quæ te vicit cle-  
mentia,  
Ut ferres nostra crimi-  
na,  
Crudelem mortem pa-  
tiens,  
Ut nos à morte tolle-  
res!

Inferni claustra pene-  
trans,  
Tuos captivos redi-  
mens,  
Victor triumpho no-  
bili,  
Ad dextram Patris re-  
sidents.

Ipsa te cogat pietas  
Ut mala nostra supe-  
res  
Parcendo, & voti  
compotes  
Nos tuo vultu saties.  
Tu esto nostrum gau-  
dium,



Qui es futurus præ- curramus omnes in uni-  
mium : tatem fidei , & agni-  
tionem filii Dei , in

Sit nostra in te gloria tionem virum perfectum , in  
Per cuncta semper se- virum perfectum , in  
sula. Amen. mensuram ætatis pleni-

ψ. Deus qui cœpit tudinis Christi. Cresca-  
in vobis opus bonum , mus in illo per omnia ,

ϣ. Perficiet usquè in qui est caput Christus.  
diem Christi Jesu. Ph. Eph. 4. v. 15.

v. 6.

**A COMPLIES,**

*Ant. à Magnificat. Comme aux I. Vêpres.*  
qu'il faut doubler. Oc-

**F I N :**

OCTAVARIUM  
SIVE SUPPLEMENTUM  
BREVIARII TOLOSANI.

*Ad usum Ecclesiarum ( tam Diœcesis Tolosanœ  
quàm aliarum Diœcesum quæ eodem Breviario  
utuntur ) quarum Patroni seu Titulares , vel  
nullum vel minùs Solemne quam exigunt  
Rubricæ in Breviario Officium habent.*



T O L O S Æ ,

Apud JOSEPHUM DALLES , Typographum  
& Bibliopolam Usuum Tolosanorum ,  
sub Signo Artium & Scientiarum.

---

M. DCC. LXXVII.  
CUM PRIVILEGIO REGIS.







# MONITUM.

*HOC in Supplemento ordinantur Octavæ Festorum quæ proprium non habent Officium approbatum.*

1°. *Præscribitur Ritus servandus tam in Festo principali Patroni primarii, seu Titularis, quàm per ejus Octavam.*

2°. *Subsequuntur quædam Officia Festorum quorundam præcipuorum, quæ in Ecclesiis Diœcesis Ritu Solemni-majori aut Annuali celebrari possunt, sive Titularia sint, sive de licentia D. D. <sup>Archiepiscopi</sup> <sub>Episcopi</sub> solemniter agantur; unâ cum Lectionibus tam ipso die quàm per Octavam, si habeant, recitandis: quæ disposita sunt juxtâ ordinem Proprii, vel de Tempore, vel de Sanctis.*

3°. *Demum habentur pro uno quoque Comuni Lectiones iis Festis convenientes, quæ proprias, sive in Breviario, sive hoc in ipso Octavario positas non habent.*

4°. *His in Festis ac per eorum Octavas serventur Rubricæ generales Breviarii.*

5°. *Si quædam Ecclesiæ proprium sibi ordinarint pro Patrono aut alio Sancto Officium, eo non utantur sive privatim, sive publice quin prius à D. D. <sup>Archiepiscopo</sup> <sub>Episcopo</sub> licentiam illius decantandi aut recitandi, obtinuerint. Idem erit de Lectionibus talium Festorum quantumvis ab antiquo iis in Ecclesiis fuerint recitatae.*

6°. Notandum quòd Ecclesiæ, quæ pro Patronis habent Sanctos de quibus in Breviario plura Festa aguntur, horum Festorum primum duntaxat Ritu Annuali celebrare debeant, reliqua verò Ritu Duplici - majori. v. g. In Ecclesiis sub S. Petri invocatione dedicatis, Festum illius 29 Junii erit Annuale; Festa verò Cathedralis 18 Januarii, & S. Petri ad vincula 1. Augusti erunt Duplicia - majora. Ecclesiæ tamen quæ pro Patrono habent S. Stephanum, Illius Inventionem 3. Augusti celebrabunt Ritu Annuali cum Octava, prout ponitur in Breviario pro Tolosâ & Suburbiis.

IN FESTO PRINCIPALI  
PATRONI PRIMARII  
SEU TITULARIS  
ALICUJUS ECCLESIAE;  
ANNUALE.

---

¶ *SI Officium desit in Breviario, aut non habeatur infra in ordine quorundam Officiorum quæ pro certis Festis disposita sunt, vel non sit proprium à DD. Archiepiscopo approbatum, omnia sumentur de Communi tam in Breviario, quàm in præsentii Supplemento, servato aliundè ritu Annuali.*

**I N I. V E S P E R I S.**

*Psalmi sumuntur de Feria occurrente.*

*R. Post ultimam reclamationem repetitur ab initio usque ad V. duplicatur Antiph. ad Magnificat.*

*AD COMPLETORIUM, Psalmi & Capitulum de Feria.*

*Ad Officium Nocturnum, Psalmi proprii sive ut in Breviario, sive ut in hoc Supplemento designati sunt.*

*IN I. NOCTURNO, Lectiones dicuntur, prout habentur infra.*

*IN II. NOCTURNO, si nihil habetur in Breviario de Sancto cujus sit Officium, tres Lectiones pariter dicuntur ut hîc notantur pro unoquoque Communi. Si verò vel una, vel duæ Lectiones in Breviario de illo Sancto habentur, præferentur his quæ hîc notantur; quibus proindè locus non erit, nisi quando vel nullæ propriæ aderunt, vel non sufficient, aut dividi commodè non poterunt; & tunc pro secunda vel tertia sumentur quæ prima vel secunda in unoquoque Communi hîc ponuntur.*

*IN III. NOCTURNO, Lectiones dicuntur ut in Breviario vel Supplemento notantur.*

*Ad singula Responsorialia additur Gloria Patri, & tertium cujusque Nocturni post ultimam reclamationem repetitur ab initio usque ad V.*



**AD LAUDES**, Psalmi de Dominica, cum Cantico hęc notato pro unoquoque Communi. Duplicatur Antiph. ad Benedictus.

**AD HORAS**, Psalmi de Dominica. Non dicitur Symbolum Quicumque. Canon proprius, ad calcem Breviarii.

**AD VESPERAS**, Psalmi proprii sive in Breviario, sive in Supplemento designati.

**AD COMPLETORIUM**, Ps. & Capit. de Dominica.

Festum Patroni primarii principale semper habet Octavam; nisi venerit in Quadragesima, aut intrā solemnitatem Antiphonarum majorum O.

**DIEBUS INTRA OCTAVAM**, Officium fit ritu semiduplici. De Festo Duplici-minore non translato, & suprā, fiet Officium cum Commemoratione Octavæ in utrisque Vesperis & Laudibus (nisi fiat de Festo Annuali aut Solemni-majori.) De semiduplici verò & simplici fiet sola Commemoratio in Officio Nocturno per iij. Lectionem, & in utrisque Vesperis & Laudibus, si sit semiduplex; si verò sit simplex, in primis Vesperis & Laudibus tantum.

Omnia ut in die, exceptis quæ sequuntur.

Psalmi de Feria ad omnes Horas.

**AD OFFICIUM NOCTURNUM**, tres Antiphonæ, V, & RRR, ex uno Nocturno Festi secundum Feriam. Lectio j. de Scriptura occurrente, tribus in unam junctis; ij. & iij. ut habentur infrā pro qualibet die.

**AD LAUDES**, Psalmi sub unica Antiphona, 4. de Laudibus festi. Canticum ut in die.

**AD PRIMAM**, Canon de Feria.

**AD HORAS**, in RRR, brevibus adduntur duo Alleluia, etiam in Festis occurrentibus, nisi hæc Octava occurrat à Septuagesima ad Cineres.

**AD VESPERAS**, Psalmi sub unica Antiphona, vel propria; vel prima de Vesperis diei, omittitur Alleluia, cum suo versu.

**AD COMPLETORIUM**, ut in die.

## SABBATO INTRA OCTAVAM.

**IN VESPERIS**, Psalmi nus, V. & Ant. ad Magnificat. ut in I. Vesperis Festi, (omisso Responsorio) Hym- cum Commem. Dom. seq.

## DOMINICA INTRA OCTAVAM.

*Omnia ut in die, dempto ritu Annuali, exceptis quæ sequuntur.*

*Psalmi de Dominica in toto Officio.*

## AD OFFICIUM NOCT.

*Non dicitur Glória Patri, nisi in 3. R. cujuslibet Nocturni, quod non repetitur post reclamationem.*

*IN I. NOCT. Lectioes de Scriptura occurrente.*

## IN II. NOCTURNO.

*Sermo sancti Cæsári, Episcopi.*

*Serm. 235. in Append. apud Aug.*

## Lectio iv.

**Q**uotiescumque, Fratres carissimi, Sanctorum solèmnia celebramus, ità ipsis intercedentibus expectemus à Dòmino consequi temporàlia beneficia, ut ipsos imitando accipere mereamur æterna. Ab ipsis enim in veritate Sanctorum solèmnia celebrantur, qui ipsorum exempla sequuntur. Solemnitates enim Martyrum exhortationes sunt martyriorum; ut imitari non pòssit, quod celebrare delectat. Sed nos volumus gaudere cum Sanctis; & tribulationem mundi nolumus sustinere cum ipsis. Qui enim Sanctos, in quantum potuerit, imitari noluerit, ad eorum beatitudinem non poterit per-

venire. Sic & Apóstolus Paulus prædicat, dicens: Si fuerimus socii passionum, erimus & consolationum.

## Serm. 280. Lectio v.

**S**ciendum est, Fratres carissimi, quòd idèò à sanctis Patribus nostris constitutum est Christianis & mandatum, ut in solèmnitatibus Sanctorum, & maxime in Dominicis diebus otium haberent, & à terrèno negotio vacarent; ut paratiores & promptiores essent ad divinum cultum, cum non haberent quod eos indè retardaret incommodum; relinquerentque eo tempore terrènam sollicitudinem, quò facilius possent Dei intendere voluntatem. Indè ipse Dòminus per Prophetam dicit; Vacate & videte, quoniam ego sum Deus. At hi qui diversis curis ac negotiis implicati, hanc sententiam Dei spernunt, & divinæ contemplationi vacare nolunt, timeo quòd in futuro iudicio illis januam Dòmini pulsantibus atque aperiri poscentibus, Dòminus respondeat: Amen, dico vobis, nescio vos.

## Serm. 281. Lectio vj.

**R**ogo vos, Fratres carissimi, & paternâ pietate commoneo, ut quòs

ries aut in die Dominico, aut in aliis maioribus Festivitatibus Missæ fiunt, nullus de Ecclesia discedat, donec divina Mystéria compleantur. Et ita vos in Ecclesia continete, ut nullus ex vobis otiosus aut terrenis se fabulis studeat occupare. Ego quod & mihi expedit dicere & vobis audire, humiliter admoneo pariter & contestor: qui contemnit præconem, sentiet iudicem. Ille autem qui me libenter audierit, & quod supplicavi implere contenderit, credo de Dei misericordia quod illi & in hoc seculo & in futuro repensabuntur præmia gloriosa.

*IN III. NOCTURNO, Lectiones ut infra in quolibet Communi.*

*AD LAUDES, Psalmi & Canticum ut in die. Non duplicatur Ant. ad Benedictus. Fit Commemoratio Dominicæ occurrentis.*

*AD HORAS, ut in die.*

*AD PRIMAM, omittitur Symbolum, Quicumque.*

*AD VESPERAS, Psalmi de Dominica. Omittitur Alleluia. cum suo Ps. antè Hymnum. Non duplicatur Ant. ad Magnificat.*

*AD COMPLETORIUM, ut in die.*

**LECTIONES  
INTRA OCTAVAM.  
DIE II.**

Sermo sancti Basilii Episcopi.

*Orat. in 40. Mart.*

*Lectio ij.*

**H**I sunt qui acceptam à Deo nostram regionem, quasi turres quædam contra adversariorum incursum munientes, refugium exhibent. Beneficium hoc, fratres dilectissimi, gratiam hanc minime cessantem à Deo obtinemus. Paratum est hinc Christianis auxilium. Qui aliquam præmitur angustiam, ad hos confugit; qui rursus lætatur, ad hos recurrit: hic ut à malis liberetur, ille ut duret in rebus lætis. Hæc mulier orans pro filiis auditur, peregrinanti viro reditum incolumem, ægrotanti verò salutem implorat & obtinet.

*Lectio iij.*

**O** Sanctum chorum! ô sacrum ordinem! ô cuneum inexpugnabilem! ô communes humani generis custodes! optimi curarum socii, precum ac votorum invicem suffragatores! legati apud Deum potentissimi! astra mundi, flores Ecclesiarum, vos non terra contexit, sed cælum excipit. Apertæ sunt vobis paradisi portæ, dignum profecto exercitiis Angelorum, Patriarchis, Pro-



phētis & Justis omnibus  
spectaculum.

## DIE III.

Sermo sancti Augustini  
Episcopi.

Tract. 1. in C. 2. Ep. Joan.

## Lectio ij.

**J**oannes quid dixit : Si  
quis peccaverit, advo-  
catum habemus ad Patrem  
Jesum Christum justum.  
Sed dicit aliquis : Ergo  
Sancti non petunt pro no-  
bis ? Ergo Episcopi & Præ-  
positi non petunt pro pò-  
pulo ? Sed attendite Scrip-  
turas, & videte quia & Præ-  
positi commendant se pò-  
pulo. Nam Apóstolus dicit  
plebi : Orantes simul &  
pro nobis. Orat Apóstolus  
pro plebe, orat plebs pro  
Apóstolo. Oramus pro vo-  
bis, fratres ; sed & vos,  
orate pro nobis. Invicem  
pro se omnia membra  
orent : Caput pro omnibus  
interpellet.

Serm. 280. Lectio iij.

**B**enedixit Dóminus pu-  
fillos cum magnis. Non  
nobis parum videatur quòd  
ejus còrporis membra su-  
mus, cujus & illi quibus  
æquiparari non pòssumus.  
Quia si unum membrum  
pàtitur, compatiuntur om-  
nia membra ; ita, cum  
glorificatur unum mem-  
brum, congaudent omnia  
membra. Glória capiti,  
unde consùlitur, & supe-  
riòribus mànibus, & infi-  
mis pèdibus. Sicut ille

unus animam suam pro no-  
bis pòsuit, ita & imitati  
sunt Mártyres, & animas  
suas pro fratribus posue-  
runt. Fructus labòris ergò  
illòrum etiam nos sumus.  
Miràmur eos, miserantur  
nos. Gratulamur eis, pre-  
cantur pro nobis.

## DIE IV.

Sermo sancti Bernardi  
Abbatis.

In Vigil. SS. Petri & Pauli.

## Lectio ij.

**T**ria sunt quæ in festi-  
vitatibus Sanctòrum  
vigilanter considerare de-  
bèmus : auxiliùm Sancti,  
exemplum ejus, confusio-  
nem nostram. Auxiliùm  
ejus ; quia qui potens in  
terra fuit, potèntior est in  
coelis ante facièm Dómini  
Dei sui. Si enim, dum hic  
viveret, misertus est pec-  
catoribus, & oravit pro  
eis ; nunc tantò ampliùs,  
quantò verius agnoscit mi-  
serias nostras, orat pro no-  
bis Patrem : quia beata illa  
pàtria caritatem ejus non  
immutavit, sed augmen-  
tavit ; neque enim quia im-  
passibilis omninò, ideò &  
incompassibilis factus est.

Lectio iij.

**D**ebemus etiam atten-  
dere exemplum ejus ;  
quia quàm diù in terris vi-  
sus est, & cum hominibus  
conversatus est non decli-  
navit ad dexteram, neque  
ad sinistram ; sed viam ré-  
giam tenuit, donec veni-

ret ad illum qui dicit : Ego sum via, veritas & vita. Inruéminl humilitatem óperum ejus, auctoritatem verborum ejus; & tunc vidébitis quómodo tam verbo quàm exemplo lúxerit inzer hómines, quália nobis vestigia dereliquerit, ut ambulémus per ea, & non errémus in eis. Verè, juxta Prophétam, sèmita justii recta est; rectus callis justii ad ambulandum. Tu autem, Dómine, miserere nostri. R. Deo grátias.

## DIE V.

De Sermóne sancti Bernardi Abbátis.

In Vigil. SS. Petri & Pauli.

## Lectio ij.

**D**iligentióri intúitu, in festivitátibus Sanctórum, confusiónem nostram inspiciámus; quia homo ille similis nobis fuit passibilis, ex eódem luto formátus, ex quo & nos. Quid ergò est quodd non solum difficile, sed & impossibile crédimus ut faciámus ópera quæ fecit? Confundámur, fratres, & contremiscámus. Hómines isti fuérunt qui præcessérunt nos, qui tam mirabiliter processérunt per vias vitæ, ut vix eos hómines fuisse credámus. Sic ergò & gaudere, & confundi debémus: gaudere, quia patrónos præmissimus; confundi, quia eos imitari non possúmus.

## Lectio iij.

**I**Ta semper gáudium nostrum in hac valle lacrymárum, lacrymárum pane condiri debet; ut semper non solum extrémá, sed & prima gáudii luctus occupet; quia etsi magna est gaudiórum matéria, sed máxima est dolórum. Verè nobis rubor confusiónis sunt, quos vix audeámus respícere, ne dicam, imitari. Orémus ergò eos, ut ipsi propítium nobis reddant amicum suum, júdicem nostrum, qui est Deus benedictus in fécula. Amen.

## DIE VI.

De Sermóne sancti Bernardi Abbátis.

In Fest. omnium Sanctórum.

Serm. 2. §. 1. Lectio ij.

**E**Rit, præstante Dómino, triplex fermónis (de Sanctórum felicitáte) utilitas, quátenus ágnitá, vel ex parte áliqua, felici retributióne Sanctórum, abundantióri deinceps sollicitúdine ipsórum inhærere vestigiis, ac ferventióri desiderio ad eórum suspirare consórtia, propensióri quoque devotióne eorundem nos commendare patrociniiis studeámus. Fidélis quippe sermo, & omni acceptiúne dignus; ut quos solemni veneratiúne proféquimur, étiam simili conversatiúne sequámur. Quos beatíssimos prædicámus, ad eórum beatitúdinem to-

tā aviditate curramus: quorum delectamur præconiis, sublevemur eorum patrocinis. Tu autem, Domine, miserere nostrī.

R. Deo grātiās.

Lectio iij.

**N**Ec sanē parūm fructuosa invenitur memoria festiva Sanctorum, languorem, temporem, erroremque depellens: cum eorum intercessione juvetur infirmitas nostra, consideratione beatitudinis excitetur negligentia nostra, ignorantia quoque nostra ipsorum erudiatur exemplis. Tu autem, Domine, miserere nostrī.

R. Deo grātiās.

DIE VII.

De Sermōne sancti Cæsarii Episcopi.

Serm. 230. in App. ap. Aug.

Lectio ij.

**Q**Uando festivitates colimus, fratres carissimi, diligenter debemus attendere, & totis viribus laborare, ut quod visibiliter colitur, in nobis invisibiliter compleatur. Qui nec castitatem custodit in corpore, nec puritatem tenet in mente, quoties sanctæ solemnitates adveniunt, in corpore videtur habere gaudium, in corde non celebrat nisi luctum. Quale enim gaudium potest habere, in cuius anima multis vitiis occupata magis diabolus probatur habi-

tare quam Christus? Nos verò, fratres carissimi, etiamsi nobis aliqua, ut solet fieri, peccata subrepunt, quantum possumus, cum Dei adiutorio laboremus, jejuniis, vigiliis, orationibus, eleemosynis mundare sordida; ut veniens Dominus in nobis, nihil inveniat quod oculos suæ majestatis offendat. Tu autem, Domine, miserere nostrī.

R. Deo grātiās.

Serm. 265. Lectio iij.

**F**ilios & omnes familias vestras admonete, fratres, semper ut castè & justè ac salubriter vivant: nec solum eos verbis, sed etiam exemplis ad bona opera provocate. Ante omnia ubicumque fueritis, sive in domo, sive in itinere, sive in convivio, sive in confessu, verba turpia & luxuriosa nolite ex ore vestro proferre; sed magis vicinos & proximos vestros jugiter admonete, ut semper quod bonum est & honestum, loqui studeant; ne fortè detrahendo, malè loquendo, & in sanctis festivitibus choros ducendo, cantica luxuriosa & turpia proferendo, de lingua sua, unde debuerant Deum laudare, inde sibi vulnera videantur infligere. Isti enim infelices & miseri homines, qui balationes & salrationes ante ipsas Basilicas



Sanctorum exercere nec metuunt, nec erubescunt, et si Christiani ad Ecclesiam venerint, pagani de Ecclesia revertuntur; quia ista con-

fuetudo balandi de paganorum observatione remansit.

*VESPERÆ de die Octava ut in I. Vesperis Festi, servato ritu Duplici-majori.*

## OCTAVA PATRONI, SEU TITULARIS.

*Duplex - majus.*

*Omnia ut in die Festi, servato ritu Duplici-majori. Psalmi de Feria ad omnes Horas.*

*INI. NOCTURNO. Lectiones de Scriptura occurrente.*

*IN II. NOCTURNO.*

Sermo sancti Bernardi Abbatis.

*Serm. 5. de Omnibus SS.*

*Lectio iv.*

**N**on tantummodo societas, sed etiam felicitas nobis est optanda Sanctorum, ut quorum desideramus presentiam, gloriam quoque ferventissimis studiis ambiamus. Neque enim perniciosam hanc ambitionem, aut illius affectatio gloriae ullatenus periculosa est. Sane ut eam nobis sperare liceat, & ad tantam beatitudinem adspirare, summo opere nobis desideranda sunt suffragia quoque Sanctorum: ut quod possibilitas nostra non obtinet, eorum nobis intercessione donetur. Miseremini mei, miseremini mei, saltem vos amici mei. Nostis ipsi periculum nostrum, nostis sig-

mentum nostrum: nostis ignorantiam nostram, & dolos adversariorum: nostis eorum imperus, & nostram fragilitatem. Vobis enim loquor, qui in eadem tentatione fuistis: qui eosdem superastis conflictus, eosdem laqueos evasistis; qui didicistis ex his, quae passi estis, compassionem.

*Lectio v.*

**E**t si de Angelis mihi arbitror presumendum ob spiritualis substantiae & rationalis formae similitudinem; ampliori tamen fiducia ad eos mihi reor vertendum, quos habere me noverim & in ipsa humanitate confortes, ut oporteat eos familiarius & specialius misereri ossi de ossibus suis, & carni de carne sua. Denique transeuntes ex hoc mundo ad Patrem, sancta nobis pignora reliquerunt. Apud nos siquidem corpora eorum in pace sepulta sunt, quorum nomina vivent in seculum, id est quorum nunquam gloria sepelitur. Absit, absit a vobis, animae Sanctae, Aegyptia illa

crudelitas pincernæ Pharaonis, qui in gradum pristinum restitutus, statim oblitus est Joseph Sancti, qui in carcere tenebatur. Non enim erant unius capitis membra, nec aliqua pars fideli cum infideli, aut ulla societas Israëlita ad Ægyptium, non plus quam luci ad tenebras.

*Lectio vj.*

**N**Os quoque si non sumus ipsius capitis membra, cujus & Sancti, undè eis tam solèmnibus votis, & tanto gratulamur affectu? Ceterum qui dixit: Siglorificatur unum membrum, congaudent omnia membra: hoc quoque nihilominus ait: Quod si patitur unum membrum, compatiuntur omnia membra. Hæc igitur nostra & eorum coherentia est, ut nos congratulemur eis, ipsi compatiantur nobis: nos devotâ meditatione regnemus in eis, ipsi in nobis, & pro nobis militent piâ interventione. Nec est quod de eorum pia erga nos sollicitudine dubitemus, quando quidem non consummandi sine nobis, expectant nos usque dum retribuatur nobis: ut videlicet in novissimo die magno festivitatis omnia simul in virum perfectum cum suam excelsio capite membra concurrant, & laudetur cum hæreditate sua

Jesus Christus Dóminus noster, qui est super omnia benedictus, & laudabilis, & gloriósus in sæcula. Amen.

*IN III. NOCTURNO.*

*Lectiones ut infra in quolibet Communi.*

*FESTUM* *primarium S. Institutoris in proprio Ordine, sicut & Festa Sanctorum qui in aliquibus Congregationibus quasi Patroni habentur, celebrabuntur ritu Solemni-majori, cum Octava, intrâ quam fiet de semiduplicibus, si occurrant, cum Commemoratione Octavæ.*

*DE DOMINICA, intrâ Octavam occurrente fiet Officium ut in Psalterio & Proprio de Tempore, incipiendo à primis Vesperis quæ erunt integræ de Sabbato antè Dominicam occurrentem cum Commemoratione Octavæ in utrisque Vesperis & Laudibus.*

*FESTA* *secundaria Patroni primarii celebrantur ritu duplici-majori, nec habent Octavam.*

¶ *SI Festum Patroni eveniat Tempore Paschali, servabitur ritus proprius hujus Temporis. In Festo & in die Octava Antiphonæ ad Officium Nocturnum summentur de III. Nocturno. Prima Lectio erit quæ, extra Tempus Paschale, prima in primo Nocturno præscribitur: pro secunda*

(si nulla de sancto Patrono Lectio in Breviario habetur, ) sumetur similiter prima que in secundo Nocturno hinc assignatur : tertia similiter erit prima ex tertio Nocturno.

DOMINICA intra Octavam, Lectio j. de Scriptura occurrente ; ij. erit,

que extra Tempus Paschale, prima in secundo Nocturno hinc prescribitur, iij. de Homilia in Evangelium Dominicæ.

INDIE OCTAVA: Lectio j. de Scriptura occurrente, duæ aliæ quæ prima & secunda supra assignatæ sunt. Reliqua ut supra.

## OFFICIA ET SUPPLEMENTA FESTORUM

Quorundam præcipuorum quæ in Ecclesiis  
Diœcesis Ritu Annuali aut Solemni-  
majori celebrari possunt.

### IN FESTO SS. TRINITATIS, IN ECCLESIIS SUB SS. TRINITATIS invocatione dedicatis, ANNUALE.

Omnia ut in Breviario, adhibito ritu Annuali ad R. I. Vesperarum & ad III. R. cujusque Nocturni.

#### IN I. NOCTURNO.

Pf. Quare fremuerunt. 3.

Pf. Exultate justi, cum suâ divisione. 100.

Pf. Omnes gentes. 50.

#### IN II. NOCTURNO.

Pf. Magnus Dominus. 154.

Pf. Deus judicium tuum, cum sua divisione. 59.

Pf. Cantate Domino. Cantate. 49.

#### IN III. NOCTURNO.

Pf. Dominus regnavit, exultet. 64.

Pf. Cantate Domino. quia. 50.

Pf. Dominus regnavit, irascantur. 51.



## DIEBUS INTRA OCTAVAM.

Totum Officium ordinatur juxta Rubricam supra positam.

FERIA SECUNDA.

DE OCTAVA.

Lectio j. de Scriptura occurrente.

Sermo Sancti Augustini, Episcopi.

Serm. 71. de verbis Evang.

Lectio ij.

**N**ostis, Carissimi, in illa invisibili & incorruptibili Trinitate, quam fides nostra & Catholica Ecclesia tenet & predicat, Deum Patrem non Spiritus-Sancti Patrem esse, sed Filii; & Deum Filium non Spiritus-Sancti Filium esse, sed Patris; Deum autem Spiritum-Sanctum non solum Patris, aut solum esse Filii Spiritum, sed Patris & Filii. Et hanc Trinitatem, quamvis servatam singularum proprietate & substantiam Personarum; tamen propter ipsam individuum & inseparabilem aeternitatis, veritatis, bonitatis essentiam vel naturam, non esse tres deos, sed unum Deum. Ac per hoc pro captu nostro, quantum ista per speculum & in aenigmate, praesertim talibus, quales adhuc sumus, videre conceditur, insinuat nobis in Patre auctoritas, in Filio nativitas, in Spiritu-Sancto Patris,

Filiique communitas, in tribus aequalitas. Tu autem, Domine, miserere nostri. R. Deo gratias.

Lectio iij.

**Q**uod ergo commune est Patri & Filio, per hoc nos voluerunt habere communionem & inter nos, & secum, & per illud donum nos colligere in unum quod ambo habent unum, hoc est, per Spiritum-Sanctum Deum & donum Dei. In hoc enim reconciliamur divinitati, eaque delectamur. Nam quid nobis prodesset quidquid boni nossimus, nisi etiam diligeremus? Sicut autem veritate discimus, ita caritate diligimus; ut & plenius cognoscamus, & beati cognito perfruamur. Caritas porro diffusa est in cordibus nostris per Spiritum-Sanctum, qui datus est nobis. Et quia peccatis alienabamur a possessione verorum bonorum, Caritas cooperit multitudinem peccatorum. Est ergo Pater Filio veritati origo vera, & Filius de veraci Patre orta veritas, & Spiritus-Sanctus a Patre bono & Filio bono effusa bonitas: omnium est autem non impar divinitas, nec separabilis unitas. Tu autem, Domine, miserere nostri.

R. Deo gratias.

## FERIA TERTIA.

Sermo Sancti Gregorii  
Nazianzeni.*Tract. de Fide. Orat. 49.**Lectio ij.*

**Q**uis Catholicorum ignorat Patrem verè esse Patrem, Filium verè Filium, & Spiritum-Sanctum verè esse Spiritum-Sanctum? Sicut ipse Dominus ad Apostolos suos dicit: Euntes, baptisate omnes gentes in nomine Patris, & Filii, & Spiritus-Sancti. Hæc est perfecta Trinitas in unitate consistens, quam scilicet unius substantiæ profitemur. Non enim nos secundum corporum conditionem, divisionem in Deo facimus; sed secundum divinæ naturæ potentiam, quæ in materia non est: & nominum personas verè constare credimus; & unitatem divinitatis esse testamur.

*Lectio iij.*

**N**ec extensionem partis alicujus ex parte, ut quidam putaverunt, Dei Filium dicimus: nec verbum sine re, velut sonum vocis accipimus; sed tria nomina, & tres personas unius esse essentiæ, unius majestatis atque potentiae credimus. Et ideo unum Deum confitemur; quia unitas majestatis, plurium vocabulo deos prohibet appellari. Denique Patrem &

Filium catholicè nominamus; duos autem deos dicere, nec possumus, nec debemus. Non quod Filius Dei Deus non sit; imò verus Deus de Deo vero: sed quia non aliundè, quam de ipso uno Patre, Dei Filium nominamus, perinde unum Deum dicimus. Hoc enim Prophetæ, hoc Apostoli tradiderunt; hoc ipse Dominus docuit, cum dicit: Ego & Pater unum sumus. Unum ad unitatem divinitatis, ut dixi, refert: Sumus autem, personis assignat.

*VESPERÆ de die Octava quæ propter Solemnitatem Corporis Christi anticipabitur in Feriam sequentem. Omnia ut in I. Vesperis Festi.*

## FERIA QUARTA.

Octava

## SS. TRINITATIS.

*Duplex-majus.**Omnia ut in die, servato ritu Duplici-majori.**INI. NOCTURNO. Lectiones de Scriptura occurrente.**IN II. NOCTURNO.*Sermo Sancti Augustini,  
Episcopi.*Epist. 170. aliàs Epist. 66.**Lectio iv.*

**S**I Patri, & Filio & Spiritui Sancto Iatria debetur & exhibetur à nobis, de qua dictum est: Dominum Deum tuum adorabis, & soli illi ser-

vies : procul dúbio Dóminus Deus noster , cui soli per latríam fervíre debémus , non est Pater solus , nec Fílius solus , nec solus Spíritus-Sanctus : sed ipsa Trínitas unus Deus solus , Pater , & Fílius & Spíritus-Sanctus : non ut Pater sit ipse qui Fílius , vel Spíritus-Sanctus ipse sit aut Pater , aut Fílius , cum sit in illa Trínitate Pater Fílii , & Fílius Patris solus ; Spíritus autem Sanctus & Patris & Fílii sit Spíritus : Sed propter unam eandemque natúram atque insepárabilem vitam , ipsa Trínitas , quantum ab hómine potest , fide præcedente intelligitur unus Dóminus Deus noster , de quo dictum est : Dóminum Deum tuum adorábis , & illi soli servies.

*Lectio v.*

**N**on enim sic ex Deo Patre unigénitus Fílius , quemádmódum ex illo est univérſa creatúra , quam ex nihilo creávit. Hunc quippe de ſua ſubſtántia génuit , non ex nihilo fecit : nec eum ex rémpore génuit , per quem cuncta témpora cóndidit. Quóniam ſicut flamma ſplendórem quem gignit , témpore non præcedit ; ita Pater nunquam ſine Fílio fuit. Ipſe eſt quippe ſapiéntia Dei Patris , de qua ſcriptum eſt ; ſplendor

eſt enim lucis æternæ. Luci ergo cujus candor eſt , id eſt , Deo Patri ſine dúbio coætérna eſt. Et ideo non ſicut in princípio fecit Deus cœlum & terram , ita in princípio fecit Verbum ; ſed in princípio erat Verbum. Spíritus quoque Sanctus non ſicut creatúra ex nihilo eſt factus ; ſed ſic à Patre Fílioque procedit ut nec à Fílio , nec à Patre ſit factus.

*Lectio vj.*

**H**æc Trínitas unius eſt ejuſdemq ; natúrá atq ; ſubſtántiæ ; non minor in ſingulis quàm in ómnibus , nec major in ómnibus quàm in ſingulis ; ſed tanta in ſolo Patre , vel in ſolo Fílio , quanta in Patre ſimul & Fílio , & tanta in ſolo Spíritu - Sancto , quanta ſimul in Patre & Fílio & Spíritu-Sancto. Neque enim Pater , ut haberet Fílium de ſeipſo , mínuit ſeipſum ; ſed ita génuit de ſe álterum ſe , ut totus maneret in ſe , & eſſet in Fílio tantus , quantum & ſolus. Simíliter & Spíritus-Sanctus integer de íntegro , non præcedit unde procedit , ſed tantus cum illo , quantum ex illo , nec mínuit eum procedendo , nec auget hærendo. Et hæc omnia nec confuſè unum ſunt , nec diſtinctè tria ſunt ; ſed cum ſint unum , tria ſunt ; & cum ſint tria , unum ſunt.



IN III. NOCTURNO.

Lectio sancti Evangelii  
secundum Matthæum.

Lectio vij. Cap. 28.

**I**N illo tempore ; dixit  
Iesus Discipulis suis :  
Data est mihi omnis po-  
testas in cælo , & in terra.  
Euntes ergo docete omnes  
gentes , baptizantes eos in  
nómine Patris , & Filii ,  
& Spíritus-Sancti. Et ré-  
liqua.

Homilia Sancti Athanási,  
Episcopi.

Epist. 1. ad Serapionem.

**H**Aud abs re fuerit vé-  
terem traditionem ,  
doctrinamque , ac fidem  
catholicæ Ecclesiæ investi-  
gare , quam scilicet Dó-  
minus tradidit , Apóstoli  
prædicavere , & Patres ser-  
vavere. In ea enim Ecclé-  
sia fundata est , à qua si  
quis exciderit ; is nec esse,  
nec amplius dici Christiá-  
nus ulla ratióne poterit.  
Itaque Trinitas Sancta &  
perfecta est , quæ in Patre  
& Filio & Spíritu-Sancto  
agnoscitur , nihilque alié-  
num , vel extrínsecus ad-  
mixtum habet , neque ex  
creatóre , & re creata const-  
tat , sed tota creandi &  
efficiendii prædita est :  
sibi quoque similis , & in-  
dividua est natura unaque  
ejus est effíciacia & áctio.  
Nam Pater per Verbum in  
Spíritu-Sancto omnia facit,  
eóque modo Sanctæ Trini-  
tatis unitas servatur.

Lectio viij.

**I**Ta unus Deus in ecclé-  
sia prædicátor , qui est  
super omnia , & per om-  
nia , & in omnibus super  
omnia quidem ut Pater ,  
ut princípium & fons ; per  
omnia verò , nempe Ver-  
bum. In omnibus denique  
in Spíritu-Sancto. Porrò  
Trinitas non nóminetenus,  
& solâ verbórum spécie est  
Trinitas , sed verè & re ipsa  
existit Trinitas. Nam sicuti  
verè est Pater , ita & verè  
est ejus Verbum , quod &  
ipsum super omnia est  
Deus. Nec item Spíritus-  
Sanctus non existit ; sed  
utique verè est , & existit.

Lectio ix.

**N**EC his minùs áliquid  
sentit Catholica Ec-  
clésia , ne hodiernos Ju-  
dæos Caïphæ haud abssi-  
miles & Sabéllium sequá-  
tur ; nec his item plus áli-  
quid comminiscitur , ne in  
multitúdinem deórum gen-  
tílium devolvátur. Sed ut  
hanc esse fidem Ecclésiæ  
intélligant , eos discere ó-  
peræ prætium est , quonam  
modo Dóminus mittens  
Apóstolos , iisdem præcé-  
perit ut istud fundamentum  
in Ecclésia jácerent : Eun-  
tes , inquit , docete omnes  
gentes , baptizantes eos in  
nómine Patris , & Filii , &  
Spíritus - Sancti. Profecti  
verò Apóstoli , ita sine  
dúbio docuerunt , atque  
hæc ipsa prædicatio in uni-

versam Ecclesiã quæ sub  
cœlo est, permanavit.

*Officium terminatur ad  
Nonam.*

**F E R I A S E X T A.**

*Intrà Hebdomadã  
Passionis.*

**IN FESTO COMPASSIONIS  
B. Mariæ Virginis.**

¶ *Si alicubi celebretur  
Ritu solemniori majori, Of-  
ficium fiet ut in Breviario  
addendo ea quæ sequuntur.*

**IN I. VESPERIS.**

*Omittitur Glória Patri,  
in R. & ejus loco repetitur  
R. Ab initio. usque ad V.  
Duplicatur Ant. ad Mag-  
nificat.*

**IN I. NOCTURNO.**

*Pf. Usquequã Dómine. 69.*

*Pf. Ad te, Dómine,  
clamábo. 7.*

*Pf. Exaltrábo te, Dó-  
mine. 7.*

*Ex libro Threnórum,*

*Cap. 1. Lectio j.*

**V**ide, Dómine, quóniam tribulor; conturbátus est venter meus, subversum est cor meum in memetipsa, quóniam amaritudine plena sum. Foris interficit gladius, & domi mors similis est. Audiérunt quia ingemiseco ego, & non est qui consolétur me. Omnes inimici mei audiérunt malum meum, lætati sunt, quóniam tu fecisti. Adduxisti diem consolationis; & fient similes mei. Tu autem, Dómine, miserere nostri.

*Cap. 3. Lectio ij.*

**E**Radicationem & abjectionem posuisti me in medio populórum. Aperuerunt super nos os suum omnes inimici. Formido & láqueus: facta est nobis vaticinatio & contritio. Divisiones aquarum deduxit óculus meus, in contritione filiæ populi mei. Oculus meus afflictus est, nec tacuit, eò quod non esset réquies, donec respiceret & videret Dóminus.

*Lectio iij.*

**I**nundaverunt aquæ super caput meum: dixi, perii. Invocávi nomen tuum, Dómine, de lacu novissimo, vocem meam audisti: ne avertas aurem tuam à singultu meo, & clamóribus. Appropinquasti in die, quando invocávi te: dixisti, ne timeas. Judicasti, Dómine, causam animæ meæ, Redemptor vitæ meæ.

*Loco Glória Patri. re-  
petitur R. Dedúcent. us-  
que ad V.*

**IN II NOCTURNO.**

*Pf. Deus noster refú-  
gium. 137.*

*Pf. Miserere mei, Deus,  
quóniam. 124.*

*Pf. Miserere mei, Deus,  
miserere. 130.*

*Repetitur 3<sup>um</sup>. R. usque  
ad V.*

**IN III. NOCTURNO.**

*Pf. Exaudi, Deus, de-  
precaciónem. 108.*

*Pf.* Nonne Deo subjecta erit. 126.

*Pf.* Exaudi, Deus, orationem meam cum deprecor. 127.

AD LAUDES.

*Psalmi de Dominicâ.*

CANTICUM. *Thren.* 2.

**Q**uomodo obtexit caligine furore in suo Dominus \* filiam Sion.

Projecit de coelo in terram \* inclytam Israël.

Et non est recordatus scabelli pedum suorum \* in die furoris sui.

Præcipitavit Dominus, nec pepercit, \* omnia speciosa Jacob.

Destruxit in furore suo munitiones virginis Juda,\* & dejecit in terram.

Polluit regnum, \* & principes ejus.

Confrégit in ira furoris

fui \* omne cornu Israël.

Avertit retrorsum dexteram suam \* à facie inimici.

Et succendit in Jacob \* quasi ignem flammæ devorantis in gyro.

Tetendit arcum suum quasi inimicus, \* firmavit dexteram suam quasi hostis.

Et occidit omne, quod pulchrum erat visu \* in tabernáculo filia Sion.

Effudit quasi ignem \* indignationem suam.

*Duplicatur.*

*Ant. ad Benedictus.*

AD HORAS.

*Psalmi de Dominicâ.*

AD VESPERAS.

*Psalmi de Officio parvo.*

*Duplic. Ant. ad Magnificat.*

AD COMPLETORIUM.

*Psalmi de Dominicâ.*





## DIE XVIII. JANUARI.

## IN F E S T O

PONTIFICATÛS SEU CATHEDRÆ

SANCTI PETRI,

QUA ANTIOCHIÆ PRIMUM SEDIT,

DEINDE ROMÆ.

*Si hoc Festum alicubi celebretur Ritu Annuali aut Solemni, vel etiam Duplici, ad ea quæ habentur in Breviario addentur quæ sequuntur, habitâ ratione Ritûs.*

IN I. VESPERIS.

*Psalmi de Feria.*

*Ant. 4. E. S*uscitabo super oves meas Pastorem unum, ipse pascet eas, dicit Dóminus. *Ezech. 34.*

*Ant. 3. a. Deus ostendet splendorem suum in te; nominabitur enim tibi nomen tuum à Deo in sempiternum. Baruch 5.*

*Ant. 8. G. Erit in illa die dicit Dóminus exercituum, erit quasi pater habitantibus Jerúsalem, & figam illum paxillum in loco fideli. Is. 22.*

*Ant. 1. g. Ipse ædificabit mihi domum, & firmabo solum ejus usque in sem-*

*piternum. 1. Paral. 17.*

*Ant. 6. F. Ecce do est pacem fœderis mei, & erit ipsi pactum Sacerdotii sempiternum. Num. 25.*

CAPITULUM. *Is. 66.*

**M**ittam ex eis qui salvati fuerint ad gentes in mare, in Africam & Lydiam tendentes sagittam: in Italiam & Graciam, ad Insulas longè, ad eos qui non audierunt de me, & non viderunt glóriam meam: & annuntiabunt glóriam meam gentibus.

*R. Vocabo servum meum, & potestatem dabo in manu ejus: & \* Dabo clavem domûs David super humerum ejus: & † Apériet, & non erit qui claudat; & claudet, & non erit qui apériet. Ps. Hæc dicit Sanctus & Verus, qui habet clavem David,*

qui áperit & nemo claudit, claudit & nemo áperit.

\* Dabo. Glória. † Apériet.

*Si fit Annuale, repetitur*

*R. Vocábo usque ad. V. Is.*

*22. Apoc. 3. Hymnus. V.*

*Ant. ad Magnificat, duplicanda si Officium sit Solemne, & Oratio ut in Breviario.*

### AD OFFICIUM

#### NOCTURNUM.

*Invitatorium & Hymnus, ut in Breviario. Psalmi de Feria, vel de Communi Pontificum, ut infrá, secundum Ritum Festi.*

#### IN I. NOCTURNO.

*Ant. 3. a. Invenit Andréas fratrem suum Simónem, & dixit ei: Invenimus Messiam. Joan. 1.*

*Ant. 2. D. Adduxit Andréas Simónem fratrem suum ad Jesum. Joan. 1.*

*Ant. 4. E. Intúitus Simónem Jesus, dixit: Tu es Simon filius Jona; tu vocaberis Céphas, quod interpretátur Petrus. Joan. 1.*

*V. Véritas mea & misericórdia mea cum ipso. R. Et in nómine meo exaltabitur cornu ejus. Ps. 88.*

*Lectiões de Scripturá occurrente, si autem Festum sit solemne, dicuntur Lectiões sequentes.*

*De Libro Levítici.*

*Lectio j. Cap. 8.*

**L**ocutus est Dóminus ad Móysen dicens: Tolle Aáron cum filiis suis, ves-

tes eórum, & unctiónis óleum, vitulum pro peccáto, duos aríetes, canístrum cum ázimis; & congregábis omnem cœtum ad óstium tabernáculi. Fecit Móyses ut Dóminus imperáverat. Congregatáque omni turbá ante fores tabernáculi ait: iste est sermo quem jussit Dóminus fieri. Statimque obtulit Aáron & filios ejus. Cúmque lavisset eos, vestívit Pontíficem subúculá lineá, accingens eum bálteo, & induens eum túnica hyacínthiná & désuper humerále impósuit, quod astringens cingulo, aptávit Rationáli, in quo erat doctrína & véritas. Cídari quoque textit caput; & super eam, contra frontem, pósuit lámínam aúream consecrátam in sanctificatióne, sicut præcéperat ei Dóminus. Tulit & unctiónis óleum, quo linívit tabernáculum cum omni suppellectili sua. Cúmque sanctificans aspersisset altáre septem vicibus, unxit illud, & ómnia vasa ejus, labrumque cum basi sua sanctificávit óleo. Quòd fundens super caput Aáron unxit eum & consecrávit.

*R. Vidit Jesus Simónem & Andréam fratrem ejus, & dixit eis: \* Fáciam vos fieri Piscatóres hóminum. V. Sacerdótes Dómini vocabimini, Ministri Dei*

nostri. \* Fáciam. ( Glória,  
*si sit Annuale,* \* Fáciam. )  
 Mat. 4. Is. 61.

De Libro Númeri.

Leção ij. Cap. 16.

**C**ore filius Isaar filii  
 Caath, filii Levi, &  
 Dathan atque Abiron filii  
 Eliab, Hon quoque filius  
 Pheleth de filiis Ruben,  
 surrexerunt contra Mòy-  
 sen, aliique filiorum Is-  
 raël ducēti quinquaginta  
 viri próceres Synagógæ,  
 & qui tēpore concilii per  
 nómīna vocabantur. Cúm-  
 que sterissent adversum  
 Mòysen & Aáron, dix-  
 erunt: sufficiat vobis quia  
 omnis multitúdo Sanctó-  
 rum est, & in ipsis est Dó-  
 minus: cur elevamini super  
 pópulum Dómini? Quod  
 cū audisset Mòyses, cé-  
 cidit pronus in faciem: lo-  
 cutusque ad Core & ad om-  
 nem multitúdinem; manè  
 inquit, notum faciet Dó-  
 minus qui ad se pertineant,  
 & Sanctos applicabit sibi;  
 & quos elégerit, appro-  
 pinquabunt ei.

R. Ait Jesus Simóni, qui  
 vocatur Petrus, & An-  
 dreæ fratri eius: Venite  
 post me: \* Illi continuo,  
 relictis rétib, secuti sunt  
 eum. V. Honórem vocis  
 audierunt aures illórum. \*  
 Illi continuo. ( Glória. \*  
 Illi. ) Matth. 4. Eccli. 17.

De Libro Deuteronomii.  
 Leção iij. Cap. 17.

**S**i difficile & ambiguum  
 apud te iudicium esse  
 perspexeris inter sangui-  
 nem & sanguinem, cau-  
 sam & causam, lepram &  
 lepram: & iudicium intra  
 portas tuas videris verba  
 variari; surge & ascende  
 ad locum quem elegerit  
 Dóminus Deus tuus. Ven-  
 iesque ad Sacerdotes Le-  
 vítico generis, & ad iudi-  
 cem qui fuerit illo tēpo-  
 re; quæresque ab eis, qui  
 indicabunt tibi iudicii ve-  
 ritatem. Et facies quod-  
 cūque dixerint qui præ-  
 sunt loco quem elegerit  
 Dóminus, & docuerint te  
 juxta legem ejus; seque-  
 risque sententiam eórum,  
 nec declinabis ad dexteram  
 neque ad sinistram. Qui au-  
 tem superbiaerit, nolens  
 obedire Sacerdotis impé-  
 rio, qui eo tēpore mi-  
 nistrat Dómino Deo tuo,  
 & decreto iudicis, mori-  
 tur homo ille, & auferes  
 malum de Israël; cunctus-  
 que pópulus audiens timé-  
 bit, ut nullus desinceps  
 intumescat superbiã.

R. Ascendens Jesus in  
 navim, quæ erat Simónis,  
 dixit: \* Duc in altum, &  
 laxate rétia vestra in cap-  
 túram. V. Sanabuntur a-  
 quæ; & omnis ánima vi-  
 vens, quocumque venerit  
 torrens, viver; & erunt  
 pisces multi satis. \* Duc,  
 Glória. \* Duc.



(Si sit Annuale repetitur R.  
usque ad Y.)

**IN II. NOCTURNO.**

Ant. 7. d. Concluserunt piscium multitudinem copiosam, rumpebatur autem rete eorum. Luc. 5.

Ant. 1. a. Petrus proci- dit ad genua Jesu, dicens: Exi a me, quia peccator sum, Domine. Luc. 5.

Ant. 8. G. Ait ad Simo- nem Jesus: Noli timere, ex hoc jam homines eris capiens. Luc. 5.

Y. Dominus de stercore erigens pauperem. R. Ut collocet eum cum Principibus. Ps. 112.

*Lectioes ut in Breviario.*

*Prima dividitur in duas, ad hæc verba. Ad hanc ergo urbem.*

R. iv. Vocavit Jesus Discipulos suos, & elegit duodecim ex ipsis, quos & Apostolos nominavit. \* Primus Simon qui dicitur Petrus. Y. Nimis honorificati sunt amici tui, Deus: nimis confortatus est principatus eorum. \* Primus. (Gloria, si sit Annuale. \* Primus. Luc. 6. Ps. 138.

R. v. Exaltavit eum in conspectu omnium amicorum suorum, \* Et t statuit ei Principatum Sacerdotii. Y. Dedit ei Deus gratiam & sapientiam, & constituit eum Præpositum super omnem domum suam. \* Et statuit. (Gloria. t Statuit. 1. Mach. 11. Act. 7.

R. vj. Parum est ut sis mihi servus ad suscitandas Tribus Jacob, & fœces Israël convertendas, ecce, \* Dedi te in lucem Gentium. Y. Ut convertantur a tenebris ad lucem, & de potestate satanæ ad Deum. \* Dedi. Gloria. \* Dedi. si sit Annuale, repetitur R. usque ad Y. If. 49. Act. 26.

**IN III. NOCTURNO.**

Ant. 6. F. Multi Discipulorum abierunt retrò. Dixit ergo Jesus ad duodecim: Numquid & vos vultis abire? Joan. 6.

Ant. 5. a. Respondit ei Simon Petrus: Domine, ad quem ibimus? Verba vitæ æternæ habes. Joan. 6.

Ant. 4. A. Nos credidimus & cognovimus quia tu es Christus Filius Dei. Joan. 6.

Y. Ecce Deus noster iste, expectavimus eum.

R. Exultabimus & lætā- bimur in salutari ejus. If. 25.

*Lectio Sancti Evangelii secundum Matthæum.*

*Lectio vij. cap. 16.*

**I**N illo tempore: Venit Jesus in partes Cæsariæ Philippi & interrogabat discipulos suos dicens: Quem dicunt homines esse filium hominis? Et reliqua. Homilia Sancti Hilarii, Episcopi.

*Comment. in Matt. c. 16.*

**C**Hristus a discipulis re- quirat quem se homines esse dicerent; & adjecit, Filium

Filium hominis. Hæc enim confessionis tenenda ratio est, ut sicut Dei Filium, ita & Filium hominis meminérimus: quia alterum sine altero nihil spei tribuit ad salutem. Editis itaque quæ diversæ de eo erant hominum opinionibus, quid de se ipsi sentiant querit. Petrus respondit: Tu es Christus Filius Dei vivi. Sed Petrus conditionem propositionis expenderat. Dominus enim dixerat: Quem me homines esse dicunt? Filium hominis? Et certè filium hominis contemplatio corporis præferèbat. Sed addendo, quem me esse dicunt? significavit præter id quod in se videbatur, esse aliud sentiendum: erat enim hominis filius.

*R.* Quem dicunt. *ut in Breviario. Cum Gloria. si sit Annuale.*

*Lectio viij.*

**Q**uod igitur de se opinandi iudicium desiderabat? Non illud arbitrâmur, quod de se ipse confessus est: sed occultum erat de quo quærebatur, in quod se credentium fides debèbat extendere. Et dignum planè confessio Petri præmium consecuta est, quia Dei filium vidisset. Beatus hic est, qui ultra humanos oculos & intendisse & vidisse laudatus est: non id quod ex carne &

sanguine erat contuens, sed Dei Filium cælestis Patris revelatione conspiciens; dignusque iudicatus, qui quod in Christo Dei esset, primus agnosceret.

*R.* Tibi dabo. *ut in Breviario. Cum Gloria. si sit Annuale.*

*Lectio ix.*

**O**In nuncupatione novî nominis felix Ecclesiæ fundamentum, dignaque ædificatione illius petra, quæ infernas leges, & tartari portas, & omnia mortis claustra dissolveret! ô beatus cæli janitor, cujus arbitrio claves æterni aditus traduntur, cujus terreste iudicium, præiudicata authoritas sit in cælo: ut quæ in terris aut ligata sint, aut soluta, statuti ejusdem conditionem obtineant & in cælo!

*R.* Dixit Dominus. *ut in Breviario & repetitur post reclamationem, si sit Annuale.*

**A D L A U D E S.**

*Si Festum sit Annuale aut Solemne-majus, Psalmi de Dominicâ, secus de Feria. Canticum de Comuni Pontificum.*

**A D H O R A S,**

*Doxologia.*

Qui das Petro tuas vices,  
Jesu, tibi sit gloria,  
Cum Patre, cumque Spiritu,

In sempiterna sæcula.

Amen.

**B**

*Psalmi de Dominicâ vel de Feria habitâ ratione Ritús.*

**AD PRIMAM  
CANON.**

Ex Concílio Románo primo.

*Ann. 494. Decreto de apocryphis scripturis.*

**Q**uamvis universæ per orbem Ecclésiæ unus thalamus Christi sit, sancta tamen Romána Cathólica & Apostólica Ecclésiá. . . Evangélicâ voce Dómini & Salvatoris nostri primátum obtinuit : Tu es Petrus , ( inquíentis ) & super hanc petram ædificábo Ecclésiám meam , & portæ inferi non prævalébunt adversùs eam & tibi dabo claves regni cœlorum. . . Est ergo prima Petri Apóstoli sedes Romána Ecclésiá , non habens máculam neque rugam , nec áliquid hujúsmodi. Secúnda autem sedes apud Alexándriam beáti Petri nómine à Marco. . . consecráta est. . . Tértia verò sedes apud Anthiochiám ejúsdem beatíssimi Petri Apóstoli nómine habétur honorábilis , eò quòd illic priúsqvam Romam veníffet habitávit , & illic primùm nomen Christianórum novellæ gentis exorrum est.

**AD II. VESPERAS.**

*Psalmi de Communi Pontificum , vel de Feria pro dignitate Ritús.*

*Ante Hymnum. Allelúia, allelúia.*

*Ÿ. Státuit ei Dóminus testamentum æternum : Coróna áurea super mitram ejus expressa signo sanctitátis , & glóriâ honoris. Allelúia. Eccli. 45.*

*Si Officium non sit Solemne-majus aut Annuale, sit Commem. S. Sulpitii, Episc. ut in Breviario.*

*Diebus intrâ Octavam, si habeat, serventur Rubricæ superiùs positæ pro Oct.*

*Lectiones sumentur tum de Communi Patronorum, tum de Communi Pontif.*

**DIE XXV.**

**IN CONVERSIONE**

**S. PAULI, APOSTOLI.**

*¶ Si hoc Festum celebretur ritu Solemni-majori, vel Annuale, omnia ut in Breviario exceptis quæ seq.*

**AD OFFICIUM  
NOCTURNUM.**

*Psalmi ut infrâ in Communi Apostolorum.*

**IN I. NOCTURNO.**

*Sumentur duæ Lectiones de Actibus Apostolorum, in Breviario positæ pro II. Nocturno. Ex secunda fient duæ, divisione factâ ad hæc verbâ. Et abiit.*

**IN II. NOCTURNO.**

*Sermo Sancti Bernardi, Abbatis.*

*Serm. in Convers. S. Pauli n. 1. Lectio iv.*

**M**erito quidem, dilectissimi, conversio doctoris gentium ab





Pater cœlestis in tẽpore opportũno.

AD LAUDES.

CANTICUM. 2. Reg. 22.

**T**U lucerna mea, Dõmine; \* & tu Dõmine, illuminabis tenebras meas.

In te enim curram accinctus: \* In Deo meo transiliam murum.

Deus, immaculata via ejus, eloquium Dõmini igne examinatum; \* scutum est omnium sperantium in se.

Quis est Deus præter Dõminum? \* & quis fortis præter Deum nostrum?

Vivit Dõminus & benedictus Deus meus; \* & exaltabitur Deus fortis salutis meæ.

Propterea confitebor tibi, Dõmine, in Gẽtibus; \* & nõmini tuo cantabo.

AD HORAS. Doxologia.

Qui gratiã Paulum vocas, Jesu, tibi sit glõria, Cum Patre, cumque Spiritu,

In sempiterna sæcula.

Amen.

AD PRIMAM, Canon ut ad calcem Breviarii pro Festis Sanctorum.

IN II, VESPERIS.

Psalmi de Communi Apostolorum.

Ante Hymnum. Allelũia, Allelũia. V. Benedic anima mea Dõmino, qui coronat te in misericordia & miserationibus. Allelũia. Ps. 102.

In Ecclesiis sub titulo Conversionis S. Pauli dedicatis, hoc Festum habebit Octavam, intrã quam summentur Lectiõnes, superius assignate pro Patronis: Dõminicã autẽm intrã Octavam, & in die Octavã, pro tribus Lectiõnibus secundi Nocturni, legetur Sermo Sancti Augustini, ut habetur in Breviario pro tertia Lectiõne secundi Nocturni Festi, divisiõne factã ad hæc verba; Jam si placeat. & ad ista: Et ille, Quid me vis facere?

IN III. NOCTURNO.

Evangelium & Homilla ut in Festo.



DIE XX. APRILIS.  
IN FESTO  
SANCTI JOSEPH,  
SPONSI B. MARIE VIRGINIS.

*Si hoc Festum celebretur Ritu Annuali aut Solemni-  
majori : omnia ut in Brevia-  
rio , additis quæ sequuntur.*  
AD OFFICIUM NOCT.

*Pf. Beátus vir, qui non. 2.  
Pf. Dómine , quis habi-  
tábit. 52.*

*Pf. Misericórdiam & ju-  
dicium. 54.*

*De Libro Sapiéntiæ.*

*Leção j. Cap. 8.*

**I**Ntrans in domum me-  
am , conquiescam cum  
sapiéntia : non enim ha-  
bet amaritudinem conver-  
satio illius , nec tædium  
convictus illius , sed lætí-  
tiam & gáudium. Hæc có-  
gitans apud me , & com-  
memorans in corde meo ,  
quóniam immortalitas est  
in cognatióne sapiéntiæ ,  
& in amicítia illius delec-  
tatio bona , & in opéribus  
mánuum illius honestas si-  
ne defectiõe , & in cer-  
tamine loquela illius sa-  
piéntiæ , & præclaritas in  
communicatiõe sermõ-  
pum ipsius : circuítam

quærens , ut mihi illam as-  
súmerem.

*Leção ij. de Sermone S.  
Bernardi , ut in Breviario ,  
duabus in unam junctis.*

*Leção Sancti Evangélii  
secundùm Matthæum.*

*Leção iij. Cap. 1.*

**I**N illo témpore : Cùm  
esset desponsata mater  
Jesú , María , Joseph , an-  
tequam convenirent , in-  
venta est in útero habens  
de Spíritu sancto. Et réli-  
qua.

*Homília Sancti Augustini ,  
Epíscopi.*

*De nuptiis & concupisc.*

*Lib. 1. §. 12.*

**N**on falláciter ab An-  
gelo dictum est ad  
Joseph : Noli timére ac-  
cípere Mariam cónjugem  
tuam. Conjux vocátur ex  
prima fide desponsatiõ-  
nis , quam concubitu nec  
cognóverat , nec fúerat  
cognitúrus : nec perie-  
rat , nec mendax mánsé-  
rat cónjugis appellatio ,  
ubi nec fúerat , nec futúra

B iij



erat carnis ulla commixtio. Erat quippe illa Virgo ideo & sanctius & mirabilius jucunda suo viro, quia etiam fecunda sine viro, prole dispar, fide compar. Propter quod fidele conjugium parentes Christi vocari ambo meruerunt, & non solum illa mater, verum etiam ille pater ejus, sicut conjux matris ejus, utrumque mente, non carne. Sive tamen ille pater sola mente, sive illa mater & carne, parentes tamen ambo humilitatis ejus, non sublimitatis; infirmitatis, non divinitatis.

AD LAUDES.

*Psalmi de Dominica.*

CANTICUM. Sap. 8.  
Sapiéntiam amávi & exquísivi á juventúte mea, \* & amátor factus sum formæ illius.

Generositétem illius glorificat \* contubernium habens Dei.

Sed & omnium Dóminus diléxit illam; \* doctrix enim est disciplinæ Dei, & electrix operum illius.

Et si divitiæ appetuntur in vita, quid sapiéntiâ locupletius, \* quæ operatur omnia?

Si autem sensus operatur: \* quis horum quæ sunt, magis quam illa est artifex?

Et si justitiam quis diligit, \* labores hujus magnas habent virtutes.

Sobrietatem enim & prudentiam docet, & justitiam, & virtutem \* quibus utilius nihil est in vita hominibus.

Et dicitur per Octavam, quando fit de ea.

AD HORAS. Doxologia. Qui natus es de Virgine, Jesu, tibi sit gloria, Cum Patre & almo Spiritu,

In sempiterna secula.

Amen.

*Psalmi de Dominica.*

AD PRIMAM

CANON.

Ex beato Petro Damiano. De Celib. Sacerd. Opusc. 7.

Cap. 3.

NE sufficere videatur, ut tantummodo Virgo sit mater Filii Dei; Ecclesiæ fides est, ut Virgo fuerit & is, qui simulatus est pater? Si igitur Redemptor noster tanto perè diléxit stordidi pudoris integritatem, ut non modo de virgineo utero nasceretur, sed etiam à nutritio Virgine tractaretur, & hoc cum adhuc parvulus vagiret in cunis; à quibus nunc obsecro, tractari vult corpus suum, cum jam immensus regnat in cælis?

AD II. VESPERAS.

*Pf.* Dixit Dóminus. 26.

*Pf.* Beatus vir. 27.

*Pf.* Laudate, pueri. 27.

*Pf.* Dómine non est exaltatum. 87.

*Pf.* Memento Dómine,

David. cum sua divisione ,  
140.

**DIEBUS**  
**INTRA OCTAVAM.**  
*Semiduplex.*

*Omnia ut in die (servato Ritu Semiduplici) præter Psalmos qui sunt de Feria, & Lectiones quæ dicuntur ut infrâ.*

**DIE XXI.**  
**DE OCT. S. JOSEPH.**  
Sermo sancti Bernardi,  
Abbâtis.

*Homil. 2. super Missus est.*  
n. 15.

*Lectio ij.*

**D**Esponsata est Maria Joseph, vel potius, sicut ponit Evangelista, viro, cui nomen erat Joseph. Virum nominat, non quia maritus, sed quod homo virtutis erat. Vel potius quia, juxta alium Evangelistam, non vir simpliciter, sed vir ejus dictus est, merito appellatur quod necessarîe putatur. Debuit ergo vir ejus appellari, quia necesse fuit & putari: sicut & pater Salvatoris non quidem esse, sed dici meruit, ut putaretur esse, dicente hoc ipso Evangelistâ: Et ipse Jesus erat incipiens quasi annorum triginta, ut putabatur filius Joseph. Nec vir ergo matris, nec filii pater extitit, quamvis certâ & necessariâ dispensatione utrumque ad tempus & appellatus sit & putatus.

*Lectio iij. n. 16.*

**D**icitur fuisse de domo David; verè enim de domo David, verè de regia stirpe descendit vir iste Joseph, nobilis genere, mente nobilior. Planè filius David, non degenerans à Patre suo David. Prorsus, inquam, filius David, non tantum carne, sed fide, sed sanctitate, sed devotione: quem tanquam alterum David Dominus invenit secundum cor suum, cui tutò committeret secretissimum atque sacratissimum sui cordis arcânium: cui tanquam alteri David, incerta & occulta sapientiae suae manifestavit, & dedit illi non ignarum esse mysterii quod nemo principum hujus seculi agnovit: cui denique datum est quod multi Reges & Prophetae, cum vellent videre, non viderunt, audire, & non audierunt; non solum videre & audire, sed etiam portare, deducere, amplecti, osculari, nutrire & custodire.

**DIE XXII.**  
**DE OCT. S. JOSEPH.**  
Sermo sancti Augustini,  
Episcopi.

*Serm. 51. de Concord. Matth. & Luc. cap. 20. n. 30.*

*Lectio ij.*

**I**llud movere non debet quare per Joseph, & non per Mariam generationes numerentur:

quia sicut illa sine carnali concupiscentia mater, sic ille sine carnali commixtione pater. Per illum ergo descendant, & per illum ascendant generationes; nec eum propterea separamus, cui desinit carnalis concupiscentia. Major puritas confirmet paternitatem, ne ipsa Sancta Maria nos reprehendat. Illa enim nomen suum prapondere noluit marito suo, sed dixit: Pater tuus & ego dolentes quarebamus te. Non ergo faciant perverfi murmuratores, quod conjux casta non fecit. Numeremus ergo per Joseph: quia sicut castus maritus, sic castus pater est, sed prapponamus virum foeminae ordine naturae & legis Dei.

*Lectio iij.*

**J**ustus vir, iusta foemina, Spiritus sanctus in amborum iustitia requiescens, ambobus filium dedit: sed in eo sexu quem parere decebat, operatus est hoc quod etiam marito nasceretur. Itaque ambobus dicit Angelus ut puero nomen imponant, ubi parentum declaratur auctoritas. Non ergo de semine Joseph Dominus, quamvis hoc putaretur; & tamen pietati & caritati Joseph natus est de Maria Virgine filius, idemque Filius Dei.

*Diebus 23, 24, 25 & 26,*

*fit Commemoratio Octavae, in Festis occurrentibus, tam in laudibus quam in Vesperis: Si autem Octava esset secundi Ordinis, non fieret nisi memoria de semiduplicibus occurrentibus, & tunc diebus 23, 24 & 26, sumerentur Lectiones superius posita pro diebus intra Octavam Patroni.*

**DIE XXVI.**

*Vespere de die Octava S. Joseph. Omnia ut in I. Vesperis Festi, cum Commem. S. Polycarpi Episc. & Mart. ac S. Cleti, Papae & Mart. ut in Breviario.*

**DIE XXVII.**

**OCTAVA S. JOSEPH.**

*Duplex-minus.*

*Omnia ut in die Festi, praeter sequentia.*

*Psalmi de Feria in toto Officio.*

**AD OFFICIUM NOCT.**

*Lectio j. de Scriptura occurrente, tribus in unam junctis.*

*Sermo sancti Augustini, Episcopi.*

*Serm. 51. de Concord. Matth. & Luc. n. 19.*

*Lectio ij.*

**Q**uod respondet Dominus Jesus Christus, Oportebat me esse in his quae Patris mei sunt, non sic indicat Patrem Deum, ut neget patrem Joseph. Unde hoc probamus? secundum Scripturam quae sic ait: Et erat subditus illis. Non dixit, erat sub-



ditus matri, aut erat subditus ei; sed, erat (inquit) subditus illis. Quibus subditus erat? Nonne parentibus? Ambo parentes erant quibus ille subditus erat; eâ dignatione quâ filius hominis erat. Videtis ergo quod non ita dixerit, Oportet me in his quæ Patris mei sunt esse, ut intelligeremus quasi dictum, vos non estis parentes

mei; sed parentes illi temporaliter, Pater ille sempiternè. Parentes illi filii hominis, Pater ille Verbi & Sapientiæ suæ, Pater virtutis suæ per quam cuncta formavit.

*Lectio iij. de S. Polycarpo, Ex libro S. Hieronymi. Omissâ alterâ. Et fit ejus Commemor. in Laudibus & Vesperis.*

## DIE III. MAII.

## IN INVENTIONE

## SANCTÆ CRUCIS.

¶ Hoc Festum sive Annuale, sive Solemniori Ritu celebretur, si incidat in Festum Ascensionis, transfertur in Feriam VI. sequentem; & in die Ascensionis, Vesperæ erunt integræ de Ascensione cum Commemor. solemnii de Inventione S. Crucis, & per Octavam fiet Officium de Octava Ascensionis cum sola Commem. Octavæ S. Crucis. Octava autem Inventionis S. Crucis terminabitur eo in casu Feria VI. post Octavam Ascensionis, licet aliter ordinetur in Rubricis generalibus.

Omnia ut in Breviario additis quæ sequuntur.

## AD OFFICIUM NOCT.

*Psalmi.* Quare fremuerunt gentes. 3. Dómine, quid multiplicati sunt. 4. Cantate Dómino... Cantate. 44.

## AD LAUDES &amp; HORAS,

*Psalmi de Dominica.*

## AD PRIMAM

## CANON.

Ex Concilio secundo Nicæno œcumenico.

*In definitione.*

**S**ANCTORUM nostrorum & divinorum Patrum doctrinæ insistentes, & catholice Ecclesiæ in qua Sanctus Spiritus inhabitat, traditionem observantes; definitimus cum omni diligentia & cura venerandas sanc-

tas imágines, ad modum & formam venerandæ & vivificántis crucis. . . . in templis sanctis Dei collocándas habendásque tum in sacris vasis & véstibus, tum in parietibus & tábulis, in ædibus privátis, in viis públicis.

**AD VESPERAS.**

*Pf. Dixit. 26. Pf. Confitebor. 26. Pf. Sæpè expugnaverunt. 120. Pf. Eripe me cum sua divissione. 122. Pf. Voce meâ. 68.*

**SABBATO intrà Octavam.** *Omnia ut in I. Vesperis Festi, (omisso R.) Commem. Sabbati antè Dominicam sequentem.*

**DOMINICA**

*Intrà Octavam.*

*Omnia ut in die, dempto Ritu solemnè. Psalmi de Dominicâ ad omnes Horas.*

*Lectio j. de Scriptura occurrente.*

*Lectio ij. Evangelium & Homilia ut in die Festo.*

*Lectio iij. de Evangelio & Homilia Dominicæ occurrentis, cujus Commem. in Laudibus.*

**AD PRIMAM**, non dicitur Symbolum. Quicumque.

**IN VESPERIS**, Commemoratio Dominicæ occurrentis.

**DIEBUS INTRA OCT.** *Inventionis S. Crucis Serventur Rubricæ generales Octavarum.*

**DIE IV.**

De Sermóne sancti Augustini Episcopi.

*Sermo. 160. de verb.*

*Apost. 5. 4.*

*Lectio ij.*

**M**ihi, inquit Apóstolus, absit gloriári, nisi in cruce Dómini nostri Jesu Christi. Póterat dicere, in sapiéntia Dómini nostri Jesu Christi, & verum diceret: póterat in majestáte, & verum diceret: póterat in potestáte, & verum diceret; sed dixit, in cruce. Ubi mundi philósofus erúbuit, ibi thesáurum Apóstolus réperit: non contemnendo vile involúcrum, pervénit ad pretiósúm involútum. Absit, (inquit,) mihi gloriári, nisi in cruce Dómini nostri Jesu Christi. Bonam fárcinam sustulísti, ibi totum est quod quæsísti; & quid ibi magnum latéret ostendísti. Quale adjutórium? Per quem mihi, (inquit,) mundus crucifixus est, & ego mundo. Quando tibi crucifigerétur mundus, nisi pro te crucifigerétur, per quem factus est mundus? Ergo qui gloriátur, in Dómino gloriétur. Quo Dómino? Christo crucifixo. Ubi humílitas, ibi majéstas; ubi infirmitas, ibi potéstas; ubi mors, ibi vita. Si vis ad illa pervenire, noli ista contemnere.

*Lectio iij. de S. Monica.*

DIE V.

De Sermóne sancti Augu-  
stini Episcopi.

Serm. 160. de verbis Apost.

§. 5.

Leção ij.

**C**hristum quæritis ex-  
celsum; redite ad Cru-  
cifixum. Vultis regnare &  
gloriari in sedibus Christi;  
prius discite dicere: mihi  
absit gloriari, nisi in cruce  
Dómini nostri Jesu Christi.  
Hæc est doctrina Christiána  
humilitatis præceptum, hu-  
militatis commendatio, ut  
non gloriemur, nisi in cruce  
Dómini nostri Jesu Christi.  
Nam non est magnum in  
Christi sapientia gloriari:  
magnum est in cruce Christi  
gloriari; unde tibi insultat  
impius, inde gloriatur pius;  
unde insultat superbus, in-  
de gloriatur christiánus.  
Noli erubescere de cruce  
Christi: ideo in fronte  
tanquam in sede pudoris  
signum ipsum accepisti.

Leção iij. de S. Theo-  
dardo, duabus in unam  
junctis.

DIE VI.

Ex Enarratione sancti Au-  
gustini Episcopi in Psal-  
mum centésimum qua-  
dragésimum primum.

Leção ij. §. 9.

**I**nsultet (paganus) cru-  
cifixo Christo; videam  
ego in frontibus regum cru-  
cem Christi. Quod irridet,  
ibi salvor. Nihil est super-  
bius ægróto, qui deridet

medicamentum suum. Si  
non derideret, acciperet &  
ipse, & sanaretur. Crux  
illa signum est humilitatis;  
ille autem superbiâ nimia  
non agnoscit, unde sanet-  
ur tumor animæ ipsius. Si  
autem ego agnosco, in via  
ambulo; usque adeo de  
cruce non erubesco, ut  
non in occulto loco há-  
beam crucem Christi, sed  
in fronte portem.

Leção iij. de S. Joanne  
ante Portam Latinam, dua-  
bus in unam junctis.

DIE VII.

Fit Officium de Trans-  
latione S. Stephani, cum  
Commem. Octavæ in utris-  
que Vesperis & Laudibus.

DIE VIII.

De Sermóne sancti Joannis  
Chrysostomi.

In c. 6. Epist. ad Gal. sub  
finem.

Leção ij.

**M**ihi absit ut glórier,  
nisi in cruce Dómini  
nostri Jesu Christi. Atta-  
men res videtur esse pro-  
brósa: verum in mundo,  
& apud infidèles. Cæterum  
in cælis & apud fidèles gló-  
ria est, & quidem máxima.  
Nam & paupertas probró-  
sa est, sed nobis gloriósa.  
Item sperni apud vulgus ri-  
diculum est, at nos eo glo-  
riamur. Ita crux nobis est  
gloriandi matéria. Nec ve-  
rò dixit: Ego non glórior,  
sed absit ut ego glórier,  
perinde quasi de re por-



tentosa loquens abominatus est, & ad hoc præstandum divinam opem imploravit. Et quid est quod de cruce gloriatur? Quod Christus meam causam formam servi accepit, & meam causam quam passus est, pertulit: propter me, inquam, qui servus eram, qui inimicus, qui ingratus; sed sic me dilexit, ut seipsum exponeret.

*Lectio iij. de S. Orientio, duabus in unam junctis.*

DIE IX.

*Fit Officium de S. Gregorio Nazianzeno, cum Commemoratione Octavæ in I. Vesperis, & Laudibus.*

*VESP. de die Oct. ut in I. Vesp. Festi. Commem. S. Gregorii Nazianzeni.*

DIE X.

OCTAVA

INVENTIONIS S. CRUCIS.

*Duplex-majus.*

*Omnia ut in die præter sequentia.*

*Psalmi de Feria.*

AD OFFICIUM NOCT.

*Lectio j. de Scriptura occurrente.*

Ex Tractatu sancti Augustini Episcopi in Joannem.

*Tract. 36. in Evang. Joann.*

*§. 4. Lectio ij.*

**C**hristus mori voluit pro nobis: parum dicimus, crucifigi dignatus est, usque ad mortem crucis obediens factus. Elegit extremum & pessimum genus mortis, qui omnem

fuerat ablaturus mortem; de morte pessima occidit omnem mortem. Pessima enim erat non intelligentibus Judæis; nam à Domino electa erat. Ipsam enim crucem suam signum habiturus erat, ipsa crucem de diabolo superato tanquam trophæum in frontibus fidelium positurus, ut diceret Apostolus, Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Jesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. Nihil erat tunc in carne intolerabilius, nihil est nunc in fronte gloriosius. Quid servat fideli suo, qui talem honorem dedit supplicio suo?

*Lectio sancti Evangelii secundum Joannem.*

*Lectio iij. C. 3. 1. ad 15.*

**I**n illo tempore: Erat homo ex Pharisæis, Nicodemus nomine, princeps Judæorum. Hic venit ad Jesum nocte, & dixit ei: Rabbi scimus quia à Deo venisti magister; nemo enim potest hæc signa facere, quæ tu facis, nisi fuerit Deus cum eo. Et reliqua.

*Homilia sancti Augustini Episcopi.*

*Tract. 12. in C. 3. Evang. Joann.*

**S**icut Moyses exaltavit serpentem in eremo, ita exaltari oportet Filium

hominis: ut omnis qui credit in eum non pereat, sed habeat vitam æternam. Magnum sacramentum. Prosternebatur in eremo pópulus Israël mór-sibus serpentum, fiebat magna strages multárum mór-tuum: dictum est ad Móy-sen à Dómino ut fáceret æneum serpentem & exaltáret in ligno in eremo, & admonéret pópulum Israël, ut si quis morsus esset à serpente, illum serpentem in ligno exaltátum atténderet. Factum est: mordebantur hómínes, intuebantur, & sanabantur. Quid sunt serpentes mordentes? peccáta de mortalitáte carnis. Quis est serpens exaltátus? Mors Dómini in cruce. Quia enim, à serpente mors, per serpentis effigiem figuráta est. Morsus serpentis lethális, mors Dómini vitalis.

## DIE VI.

In festo

S. JOANNIS, APOSTOLI,  
Ante Portam Latinam.

*Si hoc Officium fiat ritu Duplici-majori, omnia ut in Breviario, addendo ea quæ sequuntur.*

IN I. VESPERIS.

*Ant.* **H**Æc dicit primus 3. a. & novíssimus qui fuit mórtuus & vivit: Scio tribulatió-nem tuam: nihil horum tíneas quæ passus es, allelúia. *Apoc.* 2.

*Ant.* 7. a. Vocávi te &

dixi tibi: Servus meus es tu; confortávi te & auxiliátus sum tibi, allelúia.

*Is.* 41.

*Ant.* 6. F. Erunt quasi non sint hómínes bellantes adversum te, quia ego Dóminus Deus tuus apprehendens manum tuam; allelúia. *Is.* 41.

*Ant.* 2. D. Pósvi verba mea in ore tuo, & in umbra manús meæ protexi te, allelúia. *Is.* 51.

*Ant.* 5. c. Ego Redemptor tuus sanctus Israël, & tu exultábis in Dómino; in sancto Israël lætáberis, allelúia. *Is.* 41.

*Capitulum ut in Breviario.*

*R.* Scient quia ego dilexi te, \* Quóniam servasti verbum paciéntiæ meæ, & † Ego servábo te ab hora tentatió-nis; Allelúia, allelúia. *Ps.* Liberábo te in die illa, & erit tibi ánima tua in salutem, quia in me habuisti fidúciam. \* Quóniam. Glória. † Ego. *Apoc.* 3. *Jerem.* 39.

*Reliqua ut in Breviario.*

AD OFFICIUM NOCT.

*Ant.* **C**onfortáre, quóniam tecum est Dóminus Deus tuus, allelúia. *Jos.* 1.

*Ant.* 8. c. Non ardébit in te flamma; quia ego sanctus Israël, salvátor tuus: ego dilexi te, allelúia. *Is.* 43.

*Ant.* 7. d. Implébit Dó-

minus splendóribus ánimam tuam, & ossa tua liberábit, allelúia. *Is. 58.*

*Cetera ut in Breviario.*

## AD II. VESPERAS.

*Antiphonæ de Laudibus.*

CAPITULUM. 1. *Joan. 4.*

**Q**uisquis confessus fuerit quóniam Jesus est Filius Dei, Deus in eo manet, & ipse in Deo: & nos cognóvimus, & credidimus caritati quam habet Deus in nobis.

[*Si fit Solemne. Allelúia, allelúia. Ps. Post tempestátem tranquillum fa-*

cis, Dómine; & post lacrymationem & sletum, exultationem infundis: Sit nomen tuum, Deus Israël, benedictum in secula. Allelúia. *Tob. 3.*

*Hymnus, Urbem Romuleam. ut in I. Vesperis.*

*Ps. Nomen Dómini. Ad Magnificat, Ant. 5. c. In hoc cognóvimus. ut habetur pro ejus Commem. post I. Vesperas S. Stephani.*

*Fit Commem. Translationis S. Stephani, ut in Breviario.*

COMPLETORIUM *ut heri*

## DIE XXIII. JUNII.

*In Ecclesiis sub invocatione S. Joannis Baptiste dedicatis, fit Officium de Vigiliá hoc modo.*

[*Si venerit in Dominica, Officium fit de Dominica usque ad versiculum tertii Nocturni exclusivè: reliqua de Vigilia, id est, septima & octava. Lect. de Evangelio Vigiliæ, cum Homilia S. Ambrosii, infra, divisione factá ad \* Asteriscum: Lectio ix. de Evangelio & Homilia Dominicæ occurrentis.*

*RRR. ut infra, & dicitur, Te Deum.*

AD LAUDES, & AD HORAS, *Psalmi de Dominica, cum Commem.*

*Dominicæ. Reliqua de Vigilia. ]*

[*Si Vigilia ista venerit in Feriis, Officium fit ut sequitur.*

## AD OFFICIUM NOCT.

*Simplex.*

*Invit. Dóminum mittentem Angelum suum ante faciem suam, \* Venite, adorémus. Malach. 3.*

*Pf. 94. Venite. 2.*

## HYMNUS.

**S**anctior sancto sóboles parente,  
Iplá vox Verbi, tuba veritátis;  
Cándidum Sylvis jubat,  
ó Joannes,



Máxime vatum.  
 Quis tibi certet méritis,  
 vel ortu,  
 Cui pluunt dextro bona  
 larga cælo;  
 Edito nondùm grave cri-  
 men Adæ  
 Cui Deus aufert?  
 In sinu matris vétulæ ja-  
 centi  
 Se tibi Verbi páriter la-  
 tentis  
 Blanda majestas dedit in-  
 tuendam  
 Lúmine puro.  
 Hujus obtútu recreátus,  
 almæ  
 Vírginis clausum venerá-  
 ris alvo;  
 Et rudis fandi, saliendo,  
 castos  
 Promis amóres.  
 Lúminis primas ubi carpis  
 auras,  
 Vínculo linguæ rélevas  
 parentem;  
 Prótinus tales modulá-  
 tur hymnos,  
 Númine plenus:  
 Orte felíci, puer alme,  
 partu,  
 Ut viam sternas, Dómino  
 præibis,  
 Dans palestínæ docu-  
 menta plebi  
 Certa salútis.  
 Summus æterno sit honos  
 parenti,  
 Fílio sit laus, hómini  
 Deoque;  
 Et tibi manans ab utró-  
 que compar  
 Glória, Flamen.  
 Amen.

*Pf. & Ant. de Feriã oc-  
 currente.*

*Ps. De ventre matris meæ  
 Deus meus es tu, R. Spes  
 mea ab ubéribus matris  
 meæ. Pf. 21.*

*Lectiones duæ priores de  
 Scriptura occurr. è tribus  
 sunt duæ.*

*Post j. Lect. R. Erit gáu-  
 dium tibi, & exultatio,  
 \*Et multi in nativitate ejus  
 gaudébunt. Ps. Dicétis in  
 die illa, confitémini Dó-  
 mino & invocáte nomen  
 ejus. \* Et. Luc. 1. If. 12.*

*Post ij. Lect. R. Ecce  
 Elísbeth, quæ vocátur sté-  
 rilis, concépit filium in se-  
 nectúte sua, \* Quia non  
 erit impossibile apud Deum  
 omne Verbum. Ps. Adhuc  
 multiplicabuntur in senecta  
 úberi & benè patientes  
 erunt ut annúntient: \*  
 Quia non. Luc. 1. Pf. 91.*

*Lectio sancti Evangélii se-  
 cundùm Lucam.*

*Lectio iij. Cap. 1.  
 Fuit in diébus Heródis  
 regis Judææ Sacerdos  
 quidam, nómine Zacha-  
 rías, de vice Abía; & uxor  
 illius de filiabus Aáron,  
 & nomen ejus Elísbeth.  
 Erant autem justi ambo  
 ante Deum. Et reliqua.*

*Homília sancti Ambrósii  
 Epíscopi.*

*Comment. in Luc. Lib. 1.  
 §. 15. & 16.*

**D**ocet nos Scriptúra di-  
 vína non solum mo-  
 res in iis qui prædicábiles

sunt, sed etiam parentes oportere laudari; ut veluti transmissa immaculatæ puritatis hæreditas in iis quos volumus laudare, præcellat. Quæ enim alia intentio hoc loco sancti Evangelistæ, nisi ut sanctus Joannes Baptista nobilitetur parentibus, miraculis, moribus, munere, passione? Sic etiam sancti Samuel mater Anna laudatur: sic Isaac à parentibus nobilitatem pietatis accepit, quam posteris dereliquit. \* Sacerdos itaque Zacharias, nec solum sacerdos, sed etiam de vice Abia, id est, nobilis inter superiores familias. Et uxor, inquit, ejus de filiabus Aaron. Non solum igitur à parentibus, sed etiam à majoribus sancti Joannis nobilitas propagatur; non seculari potestate sublimis, sed religionis successione venerabilis. Tales enim majores habere debuit prænuntius Christi, ut non repente conceptam, sed à majoribus acceptam, & ipso infusam jure naturæ prædicare fidem Domini videretur adventus.

R. Ne timeas, Zacharia; quoniam exaudita est deprecatio tua: & \* Uxor tua Elisabeth pariet tibi filium, & † Vocabis nomen ejus Joannem. V. Dixit Deus: Benedicam uxori tuæ, & ex illa dabo tibi

filium cui benedicturus sum: \* Uxor. Glória Patri. † Vocabis. Luc. 1. Gen. 17.

V. Sacerd. Benedictus es, Domine, Deus Israël patris nostri, R. Ab æterno in æternum. 1. Paral. 29.

### A D L A U D E S.

*Semiduplex.*

Ant. **D**ixit Zacharias ad 1. f. Angelum: Ego sum senex, & uxor mea processit in diebus suis. Luc. 1.

Ant. 3. a. Respondens Angelus dixit ei: Ego sum Gábriël, qui asto ante Deum. Luc. 1.

Ant. 8. c. Missus sum loqui ad te, & hæc tibi evangelizare, quæ implebuntur in tempore suo. Luc. 1.

*Canticum de Festis.*

Ant. 2. Erat plebs expectans Zachariam, & mirabantur quod tardaret ipse in templo. Luc. 1.

Ant. 7. b. Egressus non poterat loqui ad illos, & cognoverunt quod visionem vidisset in templo. Luc. 1.

CAPITULUM. Malach. 3.

**E**cce ego mitto Angelum meum & præparabit viam ante faciem meam, & statim veniet ad templum suum Dominator quem vos quæritis, & Angelus testamenti quem vos vultis.

## HYMNUS.

**V**ix humum signas pede,  
 mollis infans,  
 Mōntium cæcos penetras  
 recessus;  
 Hic sacro gaudes tãcitam  
 sub antrō  
 Cōndere vitam.  
 Corpus, hirsūti spōlio ca-  
 mēli,  
 Melle Sylvestri teris &  
 locustis,  
 Ne venenato malè cor  
 inescet  
 Lacte voluptas.  
 Lustra sex vitæ tibi dūm  
 recurrunt;  
 Ecce Jordānis prōperas  
 ad oram  
 Alter Eliás, pōpulis su-  
 pernæ  
 Nūntius iræ.  
 Amne quot lustras benè  
 pœnitentes!  
 Autor ut subdant sua  
 corda Christo,  
 Cui datum sancto reno-  
 vāre puras  
 Flāmine mentes,  
**H**unc lavas undis nive pu-  
 riōrem.  
 Quæ seges laudis? venit  
 undè nomen  
 Grande Baptistæ, quod  
 ad astra festis  
 Tōllitur hymnis.  
**S**ummus æterno sit honos  
 parenti,  
 Summus & nato, decus  
 & potestas  
 Sit tibi compar, utrius-  
 que nexus  
 Omne per ævum. Amen.  
 Ÿ. Tu, puer, Prophéta

Altissimi vocaberis, R.  
 Præbis ante faciē Dōmi-  
 ni parare vias ejus. *Luc. 1.*  
*Ad Benedictus.*

*Ant. 4. E.* Infium Evan-  
 gēlii Jesu Christi Filii Dei,  
 Joannes in deserto bapti-  
 zans & prædicans baptis-  
 mum pœnitentiæ in remis-  
 sionem peccatorum. *Marc.*  
*1.*

## Oratio.

**P**ræsta, quæsumus, om-  
 nīpotens Deus, ut fa-  
 milia tua per viam salutis  
 incēdat; & beāti Joan-  
 nis præcursoris hortamenta  
 sectando, ad eum quem  
 prædixit secūra pervēniat,  
 Dōminum nostrum Jesum  
 Christum Filium tuum;  
 Qui tecum vivit & reg-  
 nat.

## AD HORAS.

## Duplex-minus.

*In fine Hymn. Doxologia.*

Quem vox Joannis nūn-  
 tiat,  
 Jesu, tibi sit glōria,  
 Cum Patre, & almo Spīritu  
 Nunc & per omne sēcu-  
 lum. Amen.

## AD PRIMAM.

*Ant. 1. f.* Dixit Zacha-  
 rias.

*In R. br. Ÿ.* Qui mittis  
 Angelum tuum \* ante fa-  
 ciem tuam. *Mal. 3.*

## AD TERTIAM.

*Ant. 3. a.* Respondens.

**C**APITULUM. *Apoc. 22.*  
 Cōservus tuus sum, &  
 fratrum tuorum pro-  
 phetarum, & eorum qui



servant verba Prophetiæ libri hujus : Deum adóra.

R. br. Adoráte Deum \* Omnes Angeli ejus. Adoráte. *Ÿ.* Confitémini memóriæ \* sanctificatiónis ejus. \* Omnes. Glória. Adoráte. *Ÿ.* Lux orta est justo, R. Et rectis corde lætítia. *Pf.* 96.

A D S E X T A M.

Ant. 8. c. Missus sum.

CAPITULUM. Num. 23.

**A**udi fili Sephor : Non est Deus quasi homo, ut mentiátur : nec ut filius hóminis, ut mutétur. Dixit ergò, & non fáciat ? locútus est, & non implébit ?

R. br. Recordátus est Dóminus \* misericórdiæ suæ. Recordátus. *Ÿ.* Et veritátis suæ \* Dómuí Míraël, \* Misericórdiæ. Glória. Recordátus. *Pf.* 97.

*Ÿ.* Fidélis Dóminus in ómnibus verbis suis. R. Et sanctus in ómnibus opéribus suis. *Pf.* 144.

A D N O N A M.

Ant. 7. b. Egressus.

CAPITULUM. Tob. 12.

**S**acramentum regis abscondere bonum est : ópera autem Dei reveláre & confitéri honoríficum est.

R. br. Aspícite quæ fecit nobiscum Dóminus, \* Et confitémini illi. Aspícite. *Ÿ.* Credentes quod fáciat vobiscum \* misericórdiam suam. \* Et. Glória. Aspícite. *Tob.* 13.

*Ÿ.* Cantáte Dómino cánticum novum ; R. Quia mirabilia fecit. *Pf.* 97.

DIEBUS

INTRA OCTAVAM S. JOANN. BAPTISTÆ.

*Omnia, dempto ritu Solemni, ut in die, exceptis quæ sequuntur.*

*Psalmi de Feria in toto Officio.*

*AD NOCT.* tres Antiph. *Ÿ.* & RRR. è Nocturno diei, secundum Feriam.

*Lectio j. de Scriptura occur. tribus in unam junctis.*

*Lectio ij. & iij. ut infrà in qualibet die.*

*AD LAUDES*, unica Antiphona super Psalmos, quæ quarta Laudum diei, cum Cántico, Super montem. ut in die Festi.

*AD HORAS*, dicitur Allelúia. in RRR. brev. etiam in Fest. occur.

*AD VESP.* unica Ant. super *Pf.* quæ prima *Vesp.* diei. Post Capitulum omititur Allelúia. cum suo *Ÿ.*

SABBATO

INTRA OCTAVAM. *IN VESPERIS*, *Psalmi de Sabbato*, Antiph. Capit. (omisso R.) *Hymnus*, *Ÿ.* & Ant. ad Magnificat. ut in *I. Vesp. Festi*, cum *Commemor. Dom.* sequentis.

*AD COMPLETORIUM*, *Psalmi & Capit. de Sabbato.* Cetera ut in die Festi.

**DOMINICA**  
**INTRA OCTAVAM.**

*Officium, dempto ritu Solemni, ut in die Festi. Ps. de Dominica in toto Offic.*

**IN I. NOCT.** *Lectiones de scriptura occurr.*

**IN II. NOCTURNO.**

Sermo sancti Máximi, Episcopi.

*Hom. 3. in Nat. S. Joan. Bapt. Lectio iv.*

**F**estivitatem presentis diei, fratres charissimi, venerandi Joannis Baptistæ genuina natiuitas consecrauit: qui idcirco in hoc seculum superna dispensatione directus est, ut non solum ipse prophetali sublimaretur gloria, sed ut & omnium etiam per eum prophetarum preconiia firmarentur. Nec immerito illum principali honore nunc veneramur, qui speciali quadam gratia, ob hoc redemptorem mundi novissimus prophetavit, ut ostenderet eum primus. Hic enim solus est prophetarum, qui Dominum nostrum Jesum Christum, quem alii in longa tempora futurum prescierunt, propriis oculis videre meruit, & annuntiare presentem.

*Lectio v.*

**H**ic est ille, quem, inspirante Deo, prescius annuntiat Isaias, dicens: Vox clamantis in deserto:

parate viam Domini. Quam congrue, fratres carissimi, beatus Joannes predicatus est vox, qui celestis verbi & precece mitebatur, & testis! hic est ille, cujus per angelum Gabrielem preannuntiatur natiuitas, & nomen, & meritum. Hic est qui iudicio celestis sententia cunctis mortalibus antefertur, dicente Domino; Non surrexit inter natos mulierum maior Joanne Baptistâ. Quam pulchre dictum est inter natos mulierum non esse majorem: quia ille omnimodis maior erat Joanne, qui de virgine nascebatur.

*Lectio vj.*

**Q**uibus prospectis, advertite, dilectissimi, quantam huic reverentiam, quantum devotionis debeamus impendere, qui ut honorabilis sit, a sancto est Spiritu prophetatus, promissus ab angelo, laudatus a Domino, & perpetua sanctæ mortis gloriam consecratus. Decēbat namque ut mysticam natiuitatem ejus mirabilis vita sequeretur, & sanctam perfectamque vitam mors Deo devota concluderet. Propter quod, fratres, rectissime toto hodie orbe, Christi Ecclesia primordia natiuitatis ejus lætissimam festivitatem concelebrat, qui æterna mortalibus adesse

gáudia , stupente mundo  
testis fidelíssimus revelávit.

**IN III. NOCTURNO.**

Lectio sancti Evangelii  
secundum Lucam.

Lectio vij. Cap. 1.

**E**lisabeth implétum est  
tempus pariendi, & pé-  
perit filium. Et audierunt  
vicini & cognáti ejus quia  
magnificávit Dóminus mi-  
sericórdiam suam cum illa,  
& congratulabantur ei. Et  
réliqua.

Homília sancti Ambrósii ,  
Episcopi.

Lib. 11. in Luc.

**B**enè ádditur, quia ne-  
mo in cognatióne ejus  
vocabátur hoc nómi-  
ne: ut intélligas nomen non  
géneris esse, sed vatis. Za-  
charías quoque nutu inter-  
rogátur: sed quia incredú-  
litas ei affátum eripúerat &  
audítum, quod voce non pó-  
terat, manu & lítteris est lo-  
cútus. Scripsit enim dicens:  
Joannes est nomen ejus. Et  
híc nomen non impónitur,  
sed astrúitur: meritóque  
contínuò resoluta est lingua  
ejus: quia quam vínxerat  
incredúlitas, fides solvit.

Lectio viij.

**C**redámus & nos ígi-  
tur, ut loquámur; ut  
lingua nostra, quæ incre-  
dulitátis est vínculis ligá-  
ta, ratiónis voce solvátur.  
Scribámus spírítu mystéria,  
si vólumus loqui: scribá-  
mus prænuntium Christi  
non in tábulis lapídeis, sed

in tábulis cordis carnáli-  
bus. Etenim qui Joannem  
lóquitur, Christum prophé-  
tát. Loquámur Joan-  
nem, loquámur & Chris-  
tum: ut nostrum quoque  
os possit aperíri.

Lectio ix. de Homilia Do-  
minicæ occurrentis. Cetera  
ut in die, cum Commemo-  
ratione Dominicæ in Lau-  
dib. & Vesperis.

AD PRIMAM, non di-  
citur Symbol. Quicumque.

DIE XXXV.

Ubi non fit de Translatione  
S. Saturnini.

DE OCTAVA.

Sermo sancti Augustini,  
Episcopi.

Sermo. 21. de Sanctis.

Lectio ij.

**N**Atálem sancti Joan-  
nis, fratres caríssimi,  
hódiè celebrámus, quod  
nulli umquàm Sanctórum  
légitimus fuisse concessum.  
Solús enim Dómini, &  
beáti Joannis dies nativi-  
tátis in universo mundo ce-  
lebrátur & cólitur. Hunc  
enim stérilis péperit, illum  
virgo concépit: in Elísa-  
beth stérilitas víncitur, in  
beáta María conceptiós  
consuetudo mutátur. Elí-  
sabeth vírum cognoscendo  
filiúm génuít: María An-  
gelo crédidit, & concépit.  
Hóminem concépit Elísa-  
beth, hóminem & María:  
sed Elísaabeth solum hómi-  
nem, María Deum & hó-  
minem.



## Lectio iij.

**M**agnus igitur Joannes, cujus magnitudini etiam Salvator testimonium perhibet, dicens: Non surrexit inter natos mulierum major Joanne Baptistâ. Præcellit ceteros, eminet universis: antecellit Prophetas, supergrèditur Patriarchas: & quisquis de muliere natus est, inferior est Joanne. Dicit fortassè aliquis: Si inter natos mulierum Joannes major est; major est Salvatore. Abiit. Joannes enim natus mulieris, Christus autem virginis natus est.

*AD VESP. fit Commem. SS. Joannis & Pauli, Martyrum, Ant. Cum vos oderint homines. V. Viriliter agite, & confortetur. xvj. Oratio, Quæsumus, omnipotens Deus, ut nos geminata lætitia hodiernæ, &c. infra.*

DIE XXVI.

DE OCTAVA.

Sermo sancti Basilii magni.

*Homil. 2. in Psal. 28.*

Lectio ij.

**V**ox Domini super aquas. Qualis vox, super quas aquas? Velut prophetiam accipiâmus quod dictum est. Memineris Joannis, qui interrogatus à Judæis, tu quis es? Quod responsum dabimus iis qui miserunt nos? Respondit: Ego vox clamantis in de-

ferto. Igitur vox Domini est Joannes, angelus à Deo missus ante faciem Domini, ut pararet Domino plebem perfectam. Hæc igitur vox super aquas, erat super Jordânem, in quo baptisabat prædicans pœnitentiæ baptismum. Et non solum in Jordâne, sed etiam in Ænon propè Sallim, quia multæ aquæ erant illic. Igitur vox Domini super aquas, Joannes est super baptismum. Illic & Deus majestatis intónuit. Venit enim vox de cælo dicens: Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi complacui. Tunc etiam Dominus super aquas multas dignatus est descendere in baptisma Joannis, ut compleret omnem justitiam quæ in lege est.

*Lect. iij. de SS. Joan. & Paul.*

DIE XXVII.

DE OCTAVA.

*Semiduplex.*De Sermone sancti Basilii, Magni. *Ibid.*

Lectio ij.

**V**ox Domini in virtute, aufert Joannes debilitates populi per pœnitentiæ Baptisum, per ipsum baptisans in aqua ad pœnitentiâ. In virtute est vox, dicens Pœnitentiâ agite, appropinquavit enim regnum cælorum: & facite fructus dignos pœnitentiæ. Vox Domini confringentis cedros. Potest

dici, quod parans Dómino pópulum perfectum, elátas impietátes, & contrá cognitióem Dei exaltátas confringens ac cón-terens, obliqua faciébat recta. Qui enim omnem collem ac montem humiliat, hic erat qui confringébat cedros, & Dómino viam adæquábat, per hoc quod ad pœniténtiam inducébat altum, & elátum, & superbum cor. Undè eius præparatióem fuscipiens Dóminus suo adventu confrégit oppóſitas poténtias, cedros Líbani figurátè dictas.

*Lectio iij. de S. Crescente.*

**DIE XXX.**

*VESPERÆ de die Oſtavá ut in primis Vesperis Festi cum Commem. precedentis.*

**DIE I. JULII.**

Oſtava Nativitatis  
**S. JOANN. BAPTISTÆ.**

*Duplex-majus.*

*Omnia, dempto ritu Solemni, ut in die Festi, Psalmi de Feria in omni Officio.*

**IN I. NOCT.** *Lectiões de Scriptura occurrente.*

**IN II. NOCTURNO.**

Sermo sancti Augustini  
Episcopi.

*Serm. 288. in Nat. S. Joann. Bapt. 2.*

*Lectio iv.*

**V**ox Joannes, Verbum Christus. Quæramus quid intersit

inter vocem & Verbum. Intelligitis quia Verbum erat in corde meo antequàm sibi adhiberet vocem in qua procederet ad aures vestras. Puto quia intelligant hómines omnes, quia quod mihi accidit, hoc omni loquenti. Ecce jam scio quod volo dicere; corde teneo; ministérium vocis inquiro: antequàm sonet vox in ore meo, jam tenetur Verbum in corde meo. Præcessit ergò Verbum vocem meam, & in me prius est Verbum, postérior vox: ad te autem ut intelligas, prior venit vox auri tuæ ut Verbum insinuétur menti tuæ. Nosce enim non posses quod in me fúerat ante vocem, nisi in te fúerit post vocem. Ergò si vox Joannes, Verbum Christus. Ante Joannem, Christus; sed apud Deum: post Joannem; Christus; sed apud nos. Magnum Sacramentum, fratres: attendite, accipite magnitudinem rei.

*Lectio v.*

**P**ersonam gerébat Joannes vocis in Sacramento: nam non ipse solus vox erat; omnis enim homo annuntiátor Verbi, vox Verbi est. Quod enim est sonus oris nostri ad Verbum quod in corde gestámus, hoc omnis ánima pia prædicátrix ad illud

Verbum de quo dictum est ; In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum ; hoc erat in principio apud Deum.

*Lectio vj.*

**Q**uanta verba, imò quantas voces facit Verbum corde conceptum ! quantos prædicatores fecit Verbum apud patrem manens ! misit Patriarchas, Prophetas, misit tot & tantos prænuntiatores suos. Verbum manens voces misit, & post multas præmissas voces, unum ipsum Verbum venit tanquam in vehiculo suo, in voce sua, in carne sua. Collige ergò tanquam in unum omnes voces quæ præcesserunt Verbum, & eas omnes confitue in persona Joannis. Harum omnium Sacramentum ille gestabat ; harum omnium persona sacrata & mystica ille unius erat. Idèd propriè dictus est vox, tanquam omnium vocum signaculum atque mysterium.

*IN III. NOCTURNO.*

*Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.*

*Lectio vij. Cap. 1.*

**E**lisabeth implètum est tempus pariendi, & peperit filium : & audierunt vicini, & cognati ejus, quia magnificavit Dominus misericordiam suam

cum illa ; & congratulabantur ei. Et reliqua.

Homilia sancti Ambrósii Episcopi.

*Lib. 2. in Luc. Cap. 1.*

**E**T Zacharias pater ejus implètus est Spiritu sancto, & prophetabat. Vide quàm bonus Deus, & facilis indulgere peccatis. Non solum ablata restituit, sed etiam insperata concedit. Ille dudum mutus prophetat. Hac enim gratia Dei maxima, quod eum qui negaverat, confitetur. Nemo ergò diffidat, nemo veterum conficius delictorum præmia divina despèret. Novit Dominus mutare sententiam, si tu noveris emendare delictum.

*Lectio viij.*

**E**T tu, puer, propheta altissimi vocaberis. Pulchrè, cum de Domino prophetaret, sua verba convertit, ut hoc quoque beneficium Domini esse designaret : ne cum publicè enumeraret sua, quasi ingratus tacuisse videretur quæ agnoscebat in filio. Sed fortassè aliqui quasi irrationabilem mentis excessum putent, quòd octo dierum allouitur infantem. Verum, si teneamus, intelligemus profectò quòd potuit vocem patris natus audire, qui Mariæ salutationem antequàm nasceretur audivit.



Leção ix. de S. Martiali.

¶ In Ecclesiis sub invocatione S. Petri dedicatis fit hodiè per anticipationem de de SS. Irenæo & sociis ejus, propter Vigiliam SS. Apostolorum de qua juxtà Rubricas generales debet fieri Officium crastinâ die. Et ix. Leção est de S. Crescente, cum Commem. ejusdem in utrisque Vesperis & Laud.

DIE XXVIII.

IN VIGILIA SS. APOST. PETRI & PAULI.

¶ Si venerit in Dominica, Officium fiet de Dominica usquè ad versiculum tertii Nocturni exclusivè: reliqua de Vigilia, id est, septima & Oçtava Leção de Evangelio Vigiliæ, cum Homilia S. Bernardi, ut in Breviario, divisione factâ ad hæc verba: Quid illis potèntius: Leção ix. de Evangelio & Homil. Dominicæ occur. R. R. R. ut infrâ. Et dicitur, Te Deum.

AD LAUD. Commem. Dominicæ.

AD PRIMAM, non dicitur Symbolum, Quicumque.

¶ Si Vigilia ista venerit in Feriis, Officium fit ut sequitur.

AD OFFICIUM NOCT.

Invi. Christum Apostolorum Magistrum & Dominam, \* Venite adremus.

Pf. Venite. 2.

H Y M N U S.

A Mbo divini Próceres  
 Senátûs  
 Príncipes cœli, socii  
 labórum,  
 Quos amor junxit, simul  
 una jungat  
 Pompa triumphi.  
 Par fides, & par utriusque  
 votum,  
 Corda divíno penetrante  
 verbo,  
 Sub jugo Christi nimis  
 obstinátus  
 Súbdere gentes.  
 Magna vos vidit stupuitque  
 Roma,  
 Roma tot diris habitata  
 monstribus;  
 Vidit excísis pénitibus se-  
 pultra  
 Númina fanis.  
 Totus in Roma superátus  
 orbis:  
 Par locus tantis utrius-  
 que palmis,  
 Usque cœlestis pretiósâ  
 servat  
 Sémitta verbi.  
 Laus Deo Patri, genito-  
 que Verbo,  
 Laus tibi compar utrius-  
 que Flamen:  
 Noíque fac, tantis dé-  
 cibus, beátos  
 Tángere portus. Amen.  
 Pf. & Ant. de Fer. occur.  
 V. Constitues eos prin-  
 cipes super omnem terram.  
 R. Propterea pópuli con-  
 fitebuntur tibi in æternum.  
 Pf. 44.  
 Lect. duæ priores de Script.  
 occur. è tribus fiunt duæ.  
 Leção

Lectio iij. de Vigilia ut  
in Breviario.

R. R. R. è iij. Noct. de  
Communi Apostolorum.

V. Sacerd. Confitemini  
Dómino, & invocáte no-  
men ejus: R. Annuntiáte  
inter gentes ópera ejus.  
Ps. 104.

AD LAUDES.

Semiduplex.

Antiphonæ de Communi  
Apost. Psalmi de Feria cum  
Cantico ut in Festis.

CAPITULUM. 1. Cor. 4.

**D**EUS nos Apóstolos no-  
vissimos ostendit, tan-  
quam morti destinátos;  
quia spectáculum facti su-  
mus mundo, & Angelis,  
& homínibus.

H Y M N U S.

**Q**UOS fides, virtus, pie-  
tasque junxit,  
Príncipes cœli géminos  
canámus:

Par decus vitæ, variæ  
nec impar

Glória mortis.

Mille post gentes Dómino  
subactas,

Hic cadit ferro, cruce  
pendet alter;

Spléndidam fortes me-  
ruére fuso

Sáanguine laurum.

Expians septem cruor iste  
montes

Rore foecundo beat; indè  
pingui

Effertent agro generósa  
pulchram

Sémína messem.

Roma ditáris moriente  
Petro;

Fis potestátis potiórís  
hæres:

Majus & bello tibi Chris-  
tiána

Pax decus addit.

Stabit æternum tua, Petre,  
sedes:

Hanc super Petram struit,  
hanc fidélis

Fundat immótam Deus,  
ac perenni

Fœdere firmat.

Laus Deo Patri, genito-  
que Verbo,

Laus tibi compar, utrius-  
que Flamen:

Nosque fœc, tantis dú-  
cibus, beátos

Tángere portus.

Amen.

V. Dextera. Ant. ad Be-  
nedictus, Tentáti sunt.  
Oratio, Deus, qui nobis  
beatórum Apostolórum. ut  
in Breviario.

ADHOR. Duplex-min<sup>u</sup>  
Doxologia.

Uni sit & Trino Deo

Supréma laus, summu<sup>m</sup>  
decus,

De nocte qui nos ad fusc  
Lumen vocávit glóriæ.

Amen.

Ps. de Feria Ant. Capit.  
R. R. R. br. & V. V. ut in  
Communi Apost. Oratio de  
Vigilia ut in Breviario.

DIE XXIX.

Omnia ut in Breviario,  
servato Ritum Annuali.

AD OFFIC. NOCT. Ps.  
de Communi Apost. ut infr.

*Ad singula R. R. R. additur Glória Patri. & repetitur tertium R. cujusque Noct. ab initio usque ad V.*

DOMINICA

Intra Octavam SS. Apost. PETRI & PAULI.

*Si non occurrat Duplex-majus, aut supra, totum Officium fit ut in die Festi, incipiendo à i. Vesperis servato ritu Duplici, cum Commem. Dominicæ in utrisque Vesp. & Laud. & ix. Lect. in Offic. Noct.*

*Pf. de Dom. in toto Off.*

IN I. NOCTURNO.

*Lect. de Script. occur.*

IN II. NOCTURNO.

De Epístola S. Hierónymi Presbyteri ad Dámásium Papam.

*Lectio iv.*

**C**hristi vineam exterminant vulpes; ut inter lacus contritos, qui aquam non habent, difficile, ubi fons signatus & hortus ille conclusus sit, possit intelligi. Idem mihi Cáthedram Petri & fidem Apostólico ore laudatam censui consulendam, inde nunc animæ meæ postulans cibum, unde olim Christi vestimenta suscepi. Neque verò tanta vastitas elementi liquentis, & interjacens longitudo terrarum me à pretiosa margaritæ potuit inquisitione prohibere: Ubi cumque fuerit corpus, illuc congregabuntur & aquilæ:

profligato à sobole male patrimonio, apud vos solos incorrupta Patrum servatur hæreditas.

*Lectio v. Post pauca.*

**Q**uanquam igitur tu me terreat magnitudo, invitatur tamen humilitas. A Sacerdote victima salutem, à Pastore præsidium ovium flagito. Facessat invidia: Romani culminis recedat ambitio: cum successore Piscatoris & discipulo crucis loquor. Ego nullum primum, nisi Christum sequens, beatitudini tuæ; id est, Cáthedræ Petri communiõne confocior: super illam Petram, ædificatam Ecclesiam scio: quicumque extra hanc domum agnum comederit, profanus est. Si quis in arca Noë non fuerit, peribit regnante diluvio. . . . Quicumque tecum non colligit, spargit; hoc est, qui Christi non est, antichristi est.

Ex tractatu S. Cypriani, Episcopi & Martyris, de unitate Ecclesiæ Catholicæ.

*Lectio vj. post initium.*

**L**oquitur Dominus ad Petrum: Ego tibi dico (inquit) quia tu es Petrus, & super istam Petram ædificabo Ecclesiam meam, & portæ inferi non vincent eam. Et tibi dabo claves regni cœlorum; & quæ ligaveris super terram,



erunt ligata & in cœlis; & quæcumque solveris super terram erunt soluta & in cœlo. Et iterum post resurrectionem suam eidem dicit: Pasce oves meas. Super illum unum ædificat Ecclesiam suam, & illi pascendas mandat oves suas. Et quamvis Apóstolis omnibus post resurrectionem suam parem potestatem tribuat & dicat: Sicut misit me Pater, & ego mitto vos; accipite Spiritum sanctum: si cui remiseritis peccata, remittentur illi; si tenueritis, tenebuntur; tamen ut unitatem manifestaret, unam Cathedram constituit, & unitatis ejusdem originem ab uno incipientem suam auctoritate disposuit.

## IN III. NOCTURNO.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.

Lectio vij. Cap. 19.

**I**N illo tempore; Respondens Petrus dixit Jesu: Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te, quid ergo erit nobis? Et reliqua.

Homilia S. Joannis Chrysostomi.

Hom. 64. & 65. in Matth.

**A** Nimadvertite quomodo accuratè respondeat Petrus ad ea quæ Christus quærebat. Nam ille à divite duo hæc expetebat, ut sua daret

pauperibus, & sequeretur se. Ideoque Petrus hæc duo ponit, & quod reliquerint, & quod sequantur; nam ait: Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te. Nam relinquunt ut sequantur, faciliusque erat sequi postquam reliquerant; & quia reliquerant, fiduciam ipsis & gaudium conciliavit. Quid ergo ille? Amen dico vobis, quod vos qui secuti estis me, in regeneratione, cum sederit Filius hominis in throno majestatis suæ, sedebitis & vos super sedes duodecim, judicantes duodecim Tribus Israël. Idcirco Discipulos alloquens, non simpliciter promittit, sed addit: Qui secuti estis me; ut & Judam ejiceret, & eos qui postea futuri erant attraheret.

Lectio viij.

**D**iscipulis ergo futura promittit, dicendo: Sedebitis super duodecim thronos: sublimiores enim effecti nihil presentium quærebant. Coeteris autem presentia quoque pollicetur, dicens: Quicumque dimiserit fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet in hoc seculo, & vitam æternam possidebit. Si vero reliquis,

multò magis Apóstolis ,  
 étiam in hoc século. Id  
 quod étiam evenit : calamo  
 enim & réribus dimissis ,  
 omnium bona in sua potes-  
 tate habébant , domórum  
 prætia & agrórum , ipsa-  
 que còrpora credéntium.  
 Nam étiam mori pro íp-  
 sis sapè voluissent , ut étiam  
 Paulus multis testificá-  
 tur , cùm dicit : Si possé-  
 tis , étiam óculos vestros avul-  
 sos mihi dedissétis.

*Lectio ix. de Homil. &  
 Evangelio Dominicæ occur.*

*AD PRIMAM, non di-  
 citur Symbolum Quicumq.*

**DIE I. JULII.**

**DE OCTAVA  
 SS. PETRI & PAULI.**  
 Ex Epístola prima sancti  
 Clementis , Papæ &  
 Mártiris , ad Corínthios.

*Lectio iij.*

**P**etrus ob iniquam æmu-  
 lationem non unum aut  
 alterum , sed multos susti-  
 nuit labores ; atque ita  
 Martyr effectus , discessit  
 ad débitum glóriæ locum.  
 Proter æmulatióem Pau-  
 lus paciéntiæ præmium  
 obtinuit , cùm caténas  
 sépties portasset , vapu-  
 lasset , lapidátus esset ;  
 præco factus in Oriente ac  
 Occidente , exímium fidei  
 suæ decus accépit , totum  
 mundum docens iustítiam ;  
 & ad Occidentis términum  
 veniens , & sub princípibus  
 martyrium passus , ita è  
 mundo migrávit , atque in

locum sanctum abiit , pa-  
 tiéntiæ magnum exemplar  
 factus.

*Lectio iij. de S. Martiali,  
 duabus in unam junctis.*

**DIE II. JULII.**

*Commemoratio Octavæ  
 in utrisque Vesp. & Laud.*

**DIE III. JULII.**

De Octava.

Sermo sancti Augustini,  
 Episcopi.

*Serm. 295. in Nat. SS. Petri  
 & Pauli. 3. Lectio ij.*

**C**elebrámus diem fes-  
 tum , Apóstolorum no-  
 bis sánguine consecrátum.  
 Amémus fidem , vitam ,  
 labóres , passiónes , con-  
 fessiónes , prædicatiónes.  
 Profícimus enim amando ;  
 non ista propter carnálem  
 lætítiam celebrando. Már-  
 tyres enim à nobis quid  
 quærunt ? Minus habent , si  
 adhuc laudes hóminū quæ-  
 runt. Si adhuc laudes hómi-  
 num quærunt , nondum vic-  
 cèrunt. Si autem vicèrunt ,  
 à nobis propter se nihil  
 quærunt , sed propter nos  
 ipsos quærunt. Dirigátur  
 ergo via nostrá in conspectu  
 Dómini. Arcta erat , spi-  
 nósa erat , dura erat : tali-  
 bus tamque multis tran-  
 seuntibus lenis facta est.  
 Tránsiit ipse prior Dómi-  
 nus , transièrunt Apóstoli  
 intrépidi , pósteà Mártires ,  
 púeri , mulieres , puellæ.  
 Sed quis in eis ? Ille qui dixit ,  
 Sine me nihil potestis fácere.  
*Lectio iij. de S. Raymundo.*

DIE XXX. JUNII.

*Si Commemor. S. Pauli celebratur ritu Annuali, omnia ut in Breviario additis quæ sequuntur.*

IN I. VESPERIS.

*Psalmi de Dominica. Fit Commem. S. Petri ut habetur post II. Vesp. S. Pauli.*

AD OFFICIUM

NOCTURNUM.

*Psalmi de Communi Apostolorum.*

IN I. NOCTURNO.

De Actibus Apostolorum.

Lectio j. c. 20.

**P**roposuerat Paulus transnavigare Ephesum; ne qua mora illi fieret in Asia. Festinabat enim, si possibile sibi esset, ut diem Pentecostes faceret Jerosolymis. A Milæto autem mittens Ephesum, vocavit majores natu Ecclesiæ. Qui cum venissent ad eum, & simul essent, dixit eis: Vos scitis à prima die, quâ ingressus sum in Asiam, qualiter vobiscum per omne tempus fuerim, serviens Dômino cum omni humilitate, & lacrymis, & tentationibus, quæ mihi acciderunt ex insidiis Judæorum: quomodo nihil subtraxerim utilium, quominus annuntiarem vobis, & docerem vos publice & per domos, testificans Judæis atque Gentilibus in Deum penitentiam, & fidem in Dôminum nostrum Jesum Christum.

Lectio ij.

**E**T nunc ecce alligatus ego spiritu vado in Jerusalem, quæ in ea ventura sint mihi ignorans: nisi quodd Spiritus-sanctus per omnes civitates mihi protestatur, dicens, quoniam vincula & tribulationes Jerosolymis me manent. Sed nihil horum vereor: nec facio animam meam pretiosiorum quam me, dummodo consummem cursum meum, & ministerium verbi, quod accépi à Dômino Jesus, testificari Evangelium gratiæ Dei. Et nunc ecce ego scio quia amplius non videbitis faciem meam, vos omnes per quos transivi prædicans regnum Dei. Quapropter contéstor vos hodiernâ die quia mundus sum à sanguine omnium. Non enim subterfûgi, quominus annuntiarem omne consilium Dei vobis.

Lectio iij.

**A**t tendite vobis, & universo gregi, in quo vos Spiritus-sanctus posuit Episcopos, regere Ecclesiâ Dei, quam acquisivit sanguine suo. Ego scio quoniam intrabunt post discessionem meam lupi rapaces in vos, non parcetes gregi. Et ex vobis ipsi exurgent viri loquentes perversa, ut abducant discipulos post se. Propter quod vigilate, memeritis

C iij



*iv Diebus int. Oct. & Octava Commem. S. Pauli.*

retinentes : quóniam per triennium nocte & die non cessávi , cum lácrymis monens unumquemque vestráum. Et nunc commendo vos Deo & verbo grátiae ipsíus , qui potens est ædificáre , & dare hæreditátem in sanctificátis ómnibus. Argentum & aurum , aut vestem nullíus concupívi , sicut ipsi scitis , quóniam ad ea quæ mihi opus erant , & his qui mecum sunt , ministravérunt manus istæ. Omnia ostendi vobis , quóniam sic laborantes oportet suscipere infirmos , ac meminisse verbi Dómini Jesu , quóniam ipse dixit : Beátius est magis dare quám accíperé. Et cum hæc dixisset , pónitis génibus suis orávit cum ómnibus illis. Magnus autem fletus factus est ónium ; & procumbentes super collum Pauli , osculabantur eum , dolentes maximè in verbo quod dixerat : quóniam ámplíus faciém ejus non essent visúri. Et deducébant eum ad navem.

*In Laudibus , Psalmi de Dominica , Canticum Juda , ut in Festo S. Petri. Nulla commemoratio.*

*AD HORAS , Psalmi de Dominica.*

*AD PRIMAM.*

*Canon ut in Offic. Patroni.*

*IN II. VESPERIS.*

*Psalmi de Comm. Apost.*

*Nulla commemoratio.*

*Ad Completorium ut in Breviario.*

**DIEBUS**

**INTRA OCTAVAM.**

*Omnia ut supra notatum est diebus intrá Octavam S. Petri.*

**DIE VI.**

*Completur Octava S. Pauli uná cum Octava S. Petri.*

*Omnia ut supra notatur in die Octava S. Petri exceptis quæ sequuntur.*

**IN II. NOCTURNO.**

*Sermo sancti Máximi , Episcopi.*

*Homil. 1. In Solem. SS. Petri & Pauli. Lectio iy.*

**E**cclésiárum ónium reverendíssimos patres , Petrum dico & Paulum , píssimis stúdiis honorémus , quibus Christi præstante grátia , factus est hódie de morte natalis ; quibus finis vitæ , vivéndi inírium dedit ; quibus , ut ait Apóstolus Paulus , ( vivere Christus erat , & mori lucrum. ) Erat útique Christus eis vivere , quibus vita non erat sine Christo. Erat eis Christus vivere , quia totum proficiebat Christi Ecclésiis quòd vivébant : erat eis & mori lucrum , quia tali morte vitam sibi mercabántur ætérnam.

*Lectio v.*

**H**ic ille est Petrus , qui confitendo Christum Dóminum vivi Dei esse Filium , validíssima in-

viſtaque nobis credēdi fundamēta conſtituit. Hic eſt Petrus qui dum ad crucem tanquam Crucifixi diſcipulus duceretur, verſo ſe poſcens corpore crucifigi, paſſionem non rénuir, ſed æqualitatem crucis Domīnicæ declināvit, ut oſtēderet univerſis admirandæ ſe humilitatis virtutem, novique myſterii diſciplinam & inter tormēta ſervāſſe.

Leſtio vj.

**H**ic eſt Paulus qui cervices ſuas, quas adverſum Chriſti nomen ſuperbus erēxerat, perfidorum cædēdas gladio, humilimus pro Chriſti honore ſummīſit: nec piguit eum pro illo mori quem ſæpe probāverat vivere & regnare poſt mortem; atque ita factum eſt ut glorioſiſſimum Paulum, qui in diverſis gētibus pro fide Chriſti multo certamine dimicando, innūmera bella perēgerat, velut victōrem mundi Roma ſuſciperet ad triūmphi.

DIE XXII. JULII.

In Feſto

S. MARIE MAGDALEN.

¶ Si Feſtum S. Mariæ Magdalenes celebretur ritu Annuali, omnia ut in Brevariario, exceptis quæ ſequuntur.

AD OFFICIUM NOCT.

Psalmi de Comuni Virginum, infra.

INI. NOCTURNO.  
De Canticis Canticorum.

Leſtio j. Cap. 3.

**P**er noctes quæſivi quem diligit anima mea: quæſivi illum, & non invēni. Surgam, & circūibo civitatem: per vicos & plateas quæram quem diligit anima mea: quæſivi illum, & non invēni. Invenērunt me vigiles, qui cuſtodiunt civitatem: Num quem diligit anima mea vidīſtis? Paululum cum pertransiſſem eos, invēni quem diligit anima mea: tenui eum, nec dimittam.

Leſtio ij. Cap. 5.

**S**urrēxi ut aperīrem dilecto meo: manus meæ ſtillaverunt myrram, & dīgiti mei pleni myrrā probatiſſimā. Peſſulum oſtii mei aperui dilecto meo: at ille declināverat, atque transierat. Anima mea liquefacta eſt, ut locutus eſt quæſivi, & non invēni illum; vocavi, & non reſpondit mihi. Invenērunt me cuſtodes qui circūmeunt civitatem: percūſerunt me & vulneraverunt me; tulerunt pāllium meum mihi cuſtodes murōrum. Adjūro vos, filiæ Jeruſalem, ſi invenēritis dilectum meum, ut nuntiētis ei quia amore languēo. Qualis eſt dilectus tuus ex dilecto,

ô pulcherrima mulierum ?  
qualis est dilectus tuus ex  
dilecto, quia sic adju-  
rasti nos ? Dilectus meus  
candidus, & rubicundus,  
electus ex millibus.

*Lectio iij. Cap. 8.*

**Q**uis mihi det te fra-  
trem meum, fugentem  
uberâ matris meæ, ut in-  
veniam te foris, & deos-  
culer te, & jam me nemo  
despiciat ? Apprehendam  
te, & ducam in domum  
matris meæ, ibi me docé-  
bis ; & dabo tibi poculum  
ex vino condito, & mus-  
tum malorum granatorum  
meorum. Læva ejus sub  
capite meo, & dextera  
illius amplexabitur me. Ad-  
juro vos, filiæ Jerúsalem,  
ne suscitêris, neque evigi-  
lare faciatis dilectam,  
donec ipsa velit. Quæ est  
ista quæ ascendit de de-  
serto, deliciis affluens,  
innixa super dilectum  
suum ? . . . . Pone me, ut  
signaculum super cor  
tuum, ut signaculum su-  
per brachium tuum, quia  
fortis est ut mors dilectio,  
dura sicut infernus æmu-  
latio : lampades ejus lam-  
pades ignis atque flammá-  
rum. Aquæ multæ non po-  
tuerunt extinguere cari-  
tatem, nec flumina obruent  
illam. Sidederit homo om-  
nem substantiam domus  
sue pro dilectione, quasi  
nihil despiciet eam.

AD LAUDES.

*Psalmi de Dominica ;  
cum Canticis sequenti.*

*Canticum. Sap. 6.*

**S**apientia facîle videtur  
ab his qui diligunt eam,  
\* & invenitur ab his qui  
quæruunt illam.

Præoccupat qui se con-  
cupiscunt, \* ut illis se prior  
ostendat.

Qui de luce vigilaverit  
ad illam, non laboravit :  
\* asidentem enim illam  
foribus suis inveniet.

Cogitare ergo de illa,  
sensus est consummatus ; \*  
& qui vigilaverit propter  
illam, citò securus erit :

Quoniam dignos se ipsa  
circuit quærens, \* & in  
viris ostendit se illis hilari-  
ter, & in omni providen-  
tia occurrit illis.

AD HORAS *Psalmi de  
Dominica.*

AD PRIMAM.

CANON, *ut in Fest. Patroni.*

AD VESP. *Psalmi de  
Communi Virginum.*

DIEBUS

INTRA OCTAVAM.

*Semiduplex.*

*Officium ordinatur ut su-  
pra in Festo Patroni, p. vj.*

*Lectiones ut infra.*

DOMINICA

INTRA OCTAVAM.

IN III. NOCTURNO.

Lectio sancti Evangelii se-  
cundum Joannem.

*Lectio vij. Cap. 20.*

**I**n illo tempore ; Maria  
stabat ad monumentum



foris, plorans. Et reliqua.

Homilia Sancti Cyrilli Alexandrini, Episcopi.

Comment. in Cap. 20. Joan.

**A**biérunt Discípuli ad femetípfos; María autem stabat ad monumentum foris plorans. Discípuli ad secretióra loca se recepérunt; María verò ab omni metu libera, quia nihil de Judæorum ira suspicabátur, circa monumentum versabátur; &, ut foeminarum genus solet, fletum fletui addidit; nec quia mórtuus esset solúm plorábat, verúm étiam quóniam álio à monumento translátus videbátur. Vide non frustra illam plorásse, nec amoris erga Christum mercéde caruisse. Nam cum circa monumentum perseveráret plorans, voce Angelórum ad cognoscendum Christum juvátur. Quos in albis vestibus vidit, ut vestimentórum candóre pulchritúdo puritátis eórum significarétur. Qui repellentes eam à fletu dixerunt: Múlier quid ploras? Dicit eis: Quia tulérunt Dóminum meum, & nescio ubi posuérunt eum. Hæc cum dixisset, conversa est, & vidit Jesum stantem, & nesciebat quia Jesus est. Nondum intelléxit quid visio significáret, fletús autem causam explicat. Ve-

rúm quóniam Christum semper Dóminum appelláret, & ferventem erga ipsum amórem hoc modo osténderet; propterea étiam ipsum vidére digna judicáta est.

*Lectio viij.*

**C**um propter noctis tenebras non cognovisset Dóminum Magdaléne, suspicáta est áliquam eórum esse, ad quos horti cura pertineret. Audívit autem ab eo: Múlier quid ploras? Non quia plorandi causam Dóminus quæreret, sed quia revocáre, ipsam à fletu volébat: quod & per Angelos in superióribus fecit; ipse namque in illis étiam loquebátur. Quid igitur ploras, ó múlier? quem quæris? id est, Absterge lácrymas, habes jam quem quærébas; ego tibi causa sum lacrymarum, quasi mórtuus, & à monumento sublátus: verúm quóniam vivo, & adsum, omisso fletu atque mœstitiá, gaude jam atque triumpho. Interrogátio igitur hæc plorátum mœroremque aufert. Oportébat certè ut mulieres étiam à mœstitiá per Dóminū liberarentur. Tu autem, Domine, miserere nostrí.

*Lectio ix. de Homil. in Evang. Dominicæ, & ejus Commem. in Laudibus & Vesperis.*

DIE XXIX JULII.

Octava

SANCTÆ MARIÆ

MAGDALENES.

IN II. NOCTURNO.

Sermo sancti Máximi  
Epíscopi.*De sepult. Dom. & de Ma-  
ria Magd.**Leñtio iv.*

**M**aria Magdaléne non léviter fuit ob-  
jurgáta, cum post  
resurrecciónem Dóminum  
quæreret in sepulcro ; &  
non reminiscens verbórum  
ejus quibus se ab ínferis tér-  
ziá die reditúrum esse díxe-  
rat, putáret eum inferni  
légibus detinéri. Fide enim  
humilis, & ignára, quæ-  
rit quod nescit, oblivísci-  
tur quod docétur : festína  
quidem est ad obsequium,  
sed non perfecta est ad cre-  
dendum. Anxia est de Do-  
mínicæ carnis injúria, sed  
incerta de resurrecciónis gló-  
ria. Plorat quidem amore  
Christi, sed mæret despera-  
tione córporis non reperti :  
perisse putat, quem jam  
regnare constábat : scrutá-  
tur eum in túmulo, quem  
vocare pótius debéret è  
cælo.

*Leñtio v.*

**I**ncrepátur igitur María  
tanquam pígrior ad cre-  
dendum ; & cum, sera  
licet, Dóminum cognovís-  
set, dicitur ei à Salvatóre :  
Noli me tângere, quia non-  
dum ascendi ad Patrem.

Noli me tângere, incre-  
pationis verbum est : hoc  
est, Noli me tângere má-  
nibus, quóniam resurrec-  
ciónem meam mentis obli-  
vióné non rétines. Non-  
dum, inquit, ascendi ad  
Patrem : hoc est, Tibi  
nondum ascendi ad Pa-  
trem, quia apud fidem  
tuam adhuc detineor in  
sepulcro. Quantum in te  
est, adhuc humílibus ín-  
moror ; adhuc inhæreo  
terrénis, quia nondum me  
fides tua elevávit ad cælum.  
Quid ergo me festinas con-  
tângere ut Dei Fílium,  
quem redeuntem ad Pa-  
trem, mentis intencióné  
non séqueris ?

*Leñtio vj.*

**Q**uisquis igitur vult con-  
tângere Dóminum Sal-  
vatórem, prius illum debet  
fide suá ad dexteram Divi-  
nitátis impónere ; & cre-  
dulitate cordis collocare in  
cælestibus, pótius quàm in-  
ter defunctos inquirere. Illi  
autem ascendit Dóminus  
ad Patrem, qui eum semper  
esse credit in Patre. Ascen-  
dit beáto Paulo, qui non  
contentus solum se scire  
quod nóverat, nos quoque  
docuit quemádmódu Sal-  
vatórem in cælestibus quæ-  
reremus, dicens : Quæ  
fursùm sunt quærite, ubi  
Christus est in dextera Dei  
sedens. Et ut nos ab hac  
humíli vel terréna inquísi-  
tione Mariæ pénitús sub-

movéret, áddidit : Quę fursum sunt sápite, non quę super terram. Ergo jam non super terram, nec in terra, nec secundum carnem debemus quærere Salvatórem, si vólumus eum invenire atque cōtíngere; sed secundum Divínę Majestátis glóriam, ut dicámus cum Apóstolo Paulo: Nunc autem secundum carnem non nóvimus Christum.

## IN III. NOCTURNO.

Léctio sancti Evangelii secundum Joannem.

Léctio vij. Cap. 20.

**I**N illo témpore; Mariá stabat ad monumentum foris, plorans. Et reliqua. Homília sancti Cyrilli Alexandrini Episcopi.

Comment. in Caput. 20.

Joan.

**N**ON concéssit Dóminus córporis sui tactum mulieri quamvis concupiēti; mercédem autem perseverántię lacrymarumque suárum dúplicem illico réddidit. Nam in ea prima univérsum mulierum genus, ut in superióribus diximus, à mœróre ac lácrymis ad lætítiam revocátur; & quemádmódum in Paradiso, quóniam diabolo mulier ministrávit, in dolóribus paritúram se filios audívit; ita nunc in horto à maledictióne liberáta, ploráre prohibétur. Hęc igitur una merces est.

Alterá, quia míttitur ad Discípulos núntia, ut eis hoc Évangélium áfferat, quodd Christus jam surréxit, & ascéndit ad Patrem; ut véluti prima mulier, quia diabolo ministrávit, & se & mulierum genus uná pérdidit; sic & mulier, quia Christo ministrávit, muliebri genus à maledictióne in se prima liberávit.

Léctio viij.

**L** Argitur ergo illi Dóminus primùm ne ploret, neve dolóri ánimum subjiciat; deinde mirábilem quandam pedum pulchritúdinem; pulcherrimi enim sunt, ut Prophéta dicit, pedes evangelizántium bonum... Multò fervéntior hęc cæteris mulieribus fúerat, præcedebátque álias quasi dux ac princeps illárum. Non ignorámus autem événtus rerum principalióribus plerúmque attribui. Ad honórem igitur & glóriam Magdaléne à Salvatóre concéssum est, ut hęc posset ad discípulos Évangélium deferre, quia Christus surréxit, & ad Patrem, ac Deum suum & Discipulórum ascéndat.

Léctio ix. de Sancto Lupo Trecensi ut in Breviario, & ejus commem. in Laudibus & Vesperis.

DIE XXVI.

Si Festum SS. Joachim & Annę celebretur ritu an-

Cvj



nuali, omnia ut in Breviario & Officio de Patrono, exceptis quæ fequuntur.

AD OFFICIUM NOCT.  
IN I. NOCTURNO.

*Pf.* Dómine in virtúte tua. 92.

*Pf.* Fructávit. 152.

*Pf.* Deus nofter refúgium. 153.

De Libro fecúndo Regum.

*Lectio j. cap. 7.*

**F**Actum est in illa nocte : & ecce fermo Dómini ad Nathan, dicens : Vade, & loquere ad servum meum David : Hæc dicit Dóminus : Numquid tu ædificábis mihi domum ad habitándum ? Neque enim habitávi in domo ex die illa quâ edúxi filios Israël de terra Ægypti, usque in diem hanc ; sed habitábam in tabernáculo, & in tentório. Per cuncta loca quæ transívi cum ómnibus filiis Israël, numquid loquens locútus sum ad unam de tribubus Israël, cui præcépi ut pásceret pópulum meum Israël, dicens : Quare non ædificáris mihi domum cédrinam ?

*Lectio ij.*

**E**T nunc hæc dices ser-vo meo David : Hæc dicit Dóminus exercítuum : Ego tuli te de páscuis sequéntem greges, ut esses dux super pópulum meum Israël ; & fui tecum in ómnibus ubicúmque ambulásti, & interfeci univérfos

inimícos tuos à fácie tua : fecique tibi nomen grande, juxta nomen magnórum qui sunt in terra. Et ponam locum pópulo meo Israël, & plantábo eum, & habitábit sub eo, & non turbábitur amplius : nec addent filii iniquitátis ut affligant eum sicut prius, ex die quâ constitui júdices super pópulum meum Israël : & réquiem dabo tibi ab ómnibus inimícis tuis. Prædicítque tibi Dóminus, quòd domum fáciat tibi Dóminus.

*Lectio iij.*

**C**Umque compléti fuerint dies tui, & dormieris cum pátribus tuis, suscitábo semen tuum post te, quod egrediétur de útero tuo, & firmábo regnum ejus. Ipse ædificábit domum nómni meo, & stabiliam thronum regni ejus usque in sempitérnum. Ego ero ei in patrem, & ipse erit mihi in filium : qui si iniquè aliquid gésserit, arguam eum in virga virórum, & in plagis filiórum hóminum. Misericórdiam autem meam non auferam ab eo, sicut abstuli à Saül, quem amovi à fácie mea. Et fidélis erit domus tua & regnum tuum usque in aetérnum ante fáciem tuam, & thronus tuus erit firmus júgiter.

IN II. NOCTURNO.

*Psalms.* Deus júdiciam tuam regi da. *integer p. 59.*

*Psalms*, Benedixisti, Dómine, terram tuam. p. 63.

*Psalms*, Fundaménta ejus. p. 154.

IN III. NOCTURNO.

*Psalms*, Misericórdias Dómini. p. 102.

*Divisio*, Beátus pópulus. p. 103.

*Altera divisio*, Semel juravi. p. 104.

AD LAUDES ET HORAS,  
*Psalms de Dominica.*

AD PRIMAM.

CANON de Patrono.

AD VESPERAS.

*Psalms de Dominica*, ultimo excepto, cujus loco dicitur *Psalms*, Meménto. p. 157. & dicitur integer.

*Nulla fit Commemoratio.*

DIEBUS

INTRA OCTAVAM.

Omnia ut in *Officio Patroni*, supra.

DIE II. AUGUSTI.

IN DIE OCTAVA.

*Pridie* IN VESPERIS S. Petri ad *Vincula* fit *Comyn.* de die *Octava* ut in 1. *Vesp.* *Festi.* Tum S. *Stephani* *Papæ* & *Martyris.*

Omnia ad reliquum *Officium* ut in *die.* *Pf.* de *Feria.*

IN I. NOCTURNO, *Lectio-*nes de *scriptura* *occurrente.*

IN II. NOCTURNO.

De *Sermóne* *sancti* *Joán-*n<sup>i</sup>s *Damascéni.*

*Hom.* 1. in *Nativ.* *B. M. V.*

§. 9.

*Lectio* iv.

Vitis uberrima ex Anna pullulávit, úvaque sua-

víssima efflóruit, potum néctaris terrigenis fundens in vitam æténnam. Jóachim & Anna ad justítiam sibi ipsi semináront, ac vitæ fructum messuérunt. Sciéntiæ lumen sibi illumináront, ac Dóminum exquisiérunt, venitque illis germen justítiæ. Audáciam sumat terra, ac filii Sion. Gaudéte in Dómino Deo vestro, quia germinávit désertum: stérilis prótulit fructum suum.

*Lectio* v.

Jóachim & Anna ut J montes spirituáles dulcédinem stillavérunt. Latáre, beáta Anna, quòd féminam pepéris. Hæc enim fémina Dei mater futúra est, porta lucis, fons vitæ; & feminárum crimen abolébit. Hujus féminæ vultum deprecábuntur omnes dívites plebis. Féminam hanc reges géntium munéribus oblátis adorábunt. Hanc féminam Deo universórum regi ófferes, virtútum, tanquam simbriis aúreis, circumamíctam elegántiá, sanctique Spíritus grátiá coronátam, cujus glória ab intus. Omnis quippe féminæ glória vir est, à foris véniens: At Dei genitrícis glória ab intus est, ventris útiq; fructus.

*Lectio* vj. *Homil.* 2. §. 5.

A Ge jam videámus, ex quo género sempet vi-

rens virginitatis ramus rectâ venerit; quis genitor, quæve genitrix illius extiterit. Joachim scilicet & Anna, illustre celebratissimumque Verbi par, conjugiiis omnibus divinius compages. Cujus enim ramus omnia exuperat, cur radix cum eo non maxime congruat? . . . Limpidissimus fons, sed qui nullum fluentem emittēbat. Quid igitur? (Clamaverunt justii; & Dominus exaudivit eos, & ex omnibus tribulationibus eorum liberavit eos) . . . Exaudivit itaque eos Dominus, qui velox sit ad miserandum & tardus ad iram, donans eam quæ propriè Mariæ nomen gerit, in splendidum & magnificentum pro Eva pretium.

IN III. NOCTURNO.

LECTIO sancti Evangelii secundum Lucam.

LECTIO vij. c. 3.

**I**N illo tempore; Jesus erat incipiens quasi annorum triginta, ut putabatur filius Joseph, qui fuit Heli. Et reliqua.

Homilia sancti Ambrósii Episcopi.

Expos. Evang. secund. Luc.

L. 3. §. 13.

**Q**uod per Salomónem Matthæus generationem derivandam putavit, Lucas verò per Nathan, alter regalem, alter sacerdotalem Christi familiam videtur ostendere. Quod

non ita accipere debemus, quod alterum altero verius, sed alter alteri pari fide & veritate concordet. Fuit enim verè & secundum carnem regalis & sacerdotalis familiæ rex ex regibus, sacerdos ex sacerdotibus, licet oraculum non de carnalibus, sed de celestibus exprimatur; quoniam & rex in Dei virtute lætatur, cui iudicium à Patre rege defertur, & sacerdos in æternum secundum quod scriptum est: Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. Bene igitur uterque tenuit fidem, ut Matthæus per reges ductam originem comprobaret; & Lucas per sacerdotes à Deo transmissam in Christum seriem generis deducendo, sanctiorem ipsam originem declararet.

LECTIO viij. §. 43. 44.

**Q**uomodo Scriptura solvitur, quæ regnare eum dicit, & regnare non adstruit? . . . Interrogemus scripturas: invenimus quia regnum Domini non est de hoc mundo; ipse enim dixit: Regnum meum non est de hoc mundo. Qui dicit non esse de hoc mundo regnum suum, ostendit esse supra mundum. Ira & erat regnum eius, & non erat: non erat in seculo, erat supra seculum. Erat ergo regnum aliud veri



David, quod solus Chriftus accépit; & erat femen aliud David quod in aeternum manet, de quo solus generatus est Chriftus, qui folus verus filius David, cujus etiam folus nomen accépit, juxta quod fcriptum est: Inveni David fervum meum, in oleo fanco unxi eum; quod utique non de propheta David, fed de Domino dici præmiſſa declárant. . . . : Poſui adjutorium ſuper potentem, & exaltavi electum de populo meo: folus enim potens, folus electus est Chriftus. Sanctorum enim majus in fide quam in generatione femen est; & ideo Apoftolus: Si enim qui ex fide funt, hi filii funt Abrahæ.

*Leção ix. de S. Stephano Papa & Martyre, & ejus commem. in Laudibus.*

IN II. VESPERIS.

*Commem. ſequentis ut in Breviario. Ubi verò Feſtum ſequens eſt Annuale, aut Solemne, fit ſola commemoratio diei Octavæ SS. Joachim & Annæ.*

DIE I. AUGUSTI.

SANCTI PETRI AD VINCULA.

*Si Feſtum S. Petri ad Vincula fit Annuale aut Solemne majus, omnia ut in Breviario, exceptis quæ ſequuntur.*

*Nulla fit commemoratio, AD OFFICIUM NOCT. Pf. de Comm. Apoſt.*

IN I. NOCTURNO. De Actibus Apoſtolórum.

*Leção j. c. 12.*

**M** iſit Heródes rex manus ut affligeret quofdam de Eccléſia. Occidit autem Jacobum fratrem Joannis gládio. Videns autem quia placeret Judæis, appoſuit ut apprehenderet & Petrum. Erant autem dies azimórum. Quem cum apprehendiſſet, miſit in cárcerem, tradens quatuor quaternionibus militum cuſtodendum, volens poſt Paſcha producere eum populo. Et Petrus quidem ſervabatur in cárcere. Oratio autem fiebat ſine intermiſſione ab Eccléſia ad Deum pro eo.

*Leção ij.*

**C** Um autem producturus eum eſſet Heródes, in ipſa nocte erat Petrus dormiens inter duos milites, vinctus catenis duabus: & cuſtodes ante oſtium cuſtodiébant cárcerem. Et ecce Angelus Domini aſtitit; & lumen refulſit in habitaculo, percuffioque latere Petri, excitavit eum dicens: Surge velociter. Et ceciderunt catenæ de manibus ejus. Dixit autem Angelus ad eum; Præcingere & calcea te caligas tuas. Et fecit ſic. Et dixit illi: Circúmda tibi veſtimentum tuum, & ſequere me. Et exiens ſequébatur eum,

& nesciēbat quia verum est quod fiēbat per Angelum: existimābat autem se visum videre. Transēuntes autem primam & secundam custodiā, vērunt ad portam ferream, quæ ducit ad civitatem; quæ ultrò apēta est eis. Et exeuntes processerunt vicum unum. Et continuò discessit Angelus ab eo.

*Lectio iij.*

**E**T Petrus ad se reversus, dixit: Nunc scio verè, quia misit Dóminus Angelum suum, & eripuit me de manu Heródis, & de omni expectatióne plebis Judæorum. Confideransque venit ad domum Mariæ matris Joannis qui cognominātus est Marcus, ubi erant multi congregati, & orantes. Pulsante autem eo ostium jánuæ, processit puella ad audiendum, nómine Rhode. Et ut cognóvit vocem Petri, præ gaudio non apēruit jánuam, sed, intrò currens nuntiavit stare Petrum ante jánuam. At illi dixerunt ad eam: Insānis. Illa autem affirmābat sic se habere. Illi autem dicēbant: Angelus ejus est. Petrus autem perseverābat pulsans. Cū autem aperuissent, vidērunt eum & obstupērunt. Annuētis autem eis manu ut tacērent, narrāvit quómodo Dóminus eduxisset eum de carcere, dixitque: Nuntiāte

Jacóbo & frātribus hæc. Et egressus abiit in alium locum.

AD LAUDES.

*Psalmi de Dominica.*

CANTICUM. *Eccli. 51.*

**L**iberasti me, Dómine, secundum multitudinem misericórdiæ nóminis tui, \* à rugiētibz preparātis ad escam,

De mánibus quærēntium animam meam, \* & de portis tribulatiónum quæ circumdedērunt me.

A lingua coínquināta, & à verbo mendáci, \* à rege iníquo, & à lingua injusta.

Laudābit usque ad mortem ánima mea Dóminum, \* & vita mea appropinquans erat in inferno deorsum.

Circumdedērunt me undique, \* & non erat qui adjuvāret.

Respiciens eram ad adiutoriū hóminum, \* & non erat.

Memorātus sum misericórdiæ tuæ, Dómine, \* & operatiónis tuæ quæ à século sunt:

Quóniam éruis sustinentes te, Dómine, \* & liberas eos de mánibus géntium.

AD HORAS.

*Psalmi de Dominica.*

*Canon de Patrono.*

IN II. VESPERIS.

*Psalmi de Comm. Apostolorum.*

Intra Octavam, omnia  
ut in Officio Patroni.

Dominicâ intra Octavam  
& ipsâ die Octavâ, omnia  
ut in die præter Psalmos  
qui dicuntur de Dominica,  
vel de Feria.

IN I. NOCT. Lectiones  
de Scriptura occurrente.

IN II. NOCT. Lectiones  
ut in Officio Patroni.

IN III. NOCTURNO.  
Lectio Sancti Evangelii,  
secundum Matthæum.

Lectio viij. c. 16.

**I**N illo tempore; Venit  
Jesus in partes Cæsariæ  
Philippi, & interrogabat  
discipulos suos dicens: Quæ  
dicunt homines esse Filium  
hominis? Et reliqua.

Homilia Sancti Augustini  
Episcopi.

Serm. 76. de verb. Evang.

8. I. aliàs Serm. 13. de  
verb. Domini.

**I**psè Petrus in Apostolò-  
rum ordine primus, in  
Christi amore promptissi-  
mus, sæpe unus respondet  
pro omnibus. Ipse denique,  
Dòmino Jesu Christo requi-  
rènte, quemnam homines  
dicerent eum esse, & opi-  
niones varias hominum dis-  
cipulis respondèntibus, rur-  
susque Dòmino interrogân-  
te & dicente: Vos autem  
quem me esse dicitis? Res-  
pòndit Petrus: Tu es Chris-  
tus Filius Dei vivi. Unus  
pro multis dedit respòsum,  
unitas in multis. Tunc ei

Dòminus ait: Beátus es, Si-  
mon-Barjóna, quia non re-  
velávit tibi caro & sanguis,  
sed Pater meus qui est in  
cælis.

Lectio viij.

**D**Einde áddidit: Et  
ego dico tibi, tan-  
quã diceret: Quia tu dixisti  
mihi, Tu es Christus  
Filius Dei vivi; & ego dico  
tibi, Tu es Petrus. Simon  
quippe ántea vocabátur.  
Hoc autem ei nomen, ut  
Petrus appellaretur, à Dò-  
mino impòsitum est: & hoc  
in ea figura, ut significáret  
Ecclésiã. Quia enim Chris-  
tus petra, Petrus pòpulus  
Christiãnus: Petra enim  
principále nomen est. Ideo  
Petrus à petra, non petra  
à Petro: quòmodo non à  
Christiãno Christus, sed à  
Christo Christiãnus vocá-  
tur. Tu es ergo (inquit)  
Petrus, & super hanc Pe-  
tram quam confèssus es, su-  
per hanc Petram quam cog-  
novisti, dicens, Tu es  
Christus filius Dei vivi,  
ædificábo Ecclésiã meam;  
id est, super meípsum Fi-  
lium Dei vivi, ædificábo  
Ecclésiã meam. Super  
me ædificábo te, non me  
super te.

Lectio ix. vel de Homil.  
in Evang. Dominicæ, vel  
de SS. Justo & Pastore.

AD VESPERAS.

Psalmi de Communi  
Apostolorum.



DIE VI.

In Festo  
TRANSFIGURATIONIS  
DOMINI.*In Ecclesiis sub titulo  
Salvatoris dedicatis, hoc  
Festum est Annuale. Om-  
nia ut in Breviario, addi-  
tis que sequuntur. Nulla fit  
Commemoratio.*AD OFFICIUM  
NOCTURNUM.

IN I. NOCTURNO.

*Psalmi* Quare fremue-  
runt. p. 3. Dómine, Dó-  
minus noster. p. 46. Dó-  
mine in virtúte tua. p. 92.  
De Epístola secunda beati  
Petri Apóstoli.*Lectio j. c. 1.*

**F**Ratres, magis fatáгите,  
ut per bona ópera cer-  
tam vestram voca-  
tionem, & electionem faci-  
ciatis: hæc enim facientes,  
non peccábitis aliquando.  
Sic enim abundanter mi-  
ministrábitur vobis intróit-  
us in æternum regnum  
Dómini nostri, & Salvató-  
ris Jesu Christi. Propter  
quod incípíam vos semper  
commonére de his, & qui-  
dem scientes & confirmá-  
tos vos in præsentí veritaté.  
Justum autem árbitror  
quámdiu sum in hoc taber-  
náculo, suscitáre vos in  
commonitione; certus  
quód velox est depositio  
tabernáculo mei, secundum  
quod & Dóminus noster  
Jesus Christus significávit  
mihi.

*Lectio ij.*

**D**abo autem óperam &  
frequenter habére vos  
post óbitum meum, ut ho-  
rum memóriam faciátis.  
Non enim doctas fábulas  
secúti notam fécimus vo-  
bis Dómini nostri Jesu  
Christi virtútem & præsen-  
tiam: sed speculatóres  
facti illíus magnítudinis.  
Accípiens enim à Deo Pa-  
tre honórem & glóriam,  
voce delápsá ad eum hu-  
juscémodi à magnífica  
glória: Hic est filius  
meus diléctus, in quo mi-  
hi complácuí, ipsúm audí-  
te. Et hanc vocem nos au-  
divimus de cælo allátam,  
cúm effémus cum ipso in  
monte sancto.

*Lectio iij.*

**E**T habémus firmiorem  
prophéticum sermó-  
nem: cui benefácitis at-  
tendentes quasi lucernæ lu-  
centi in caliginóso loco, do-  
nec dies elucescat, & líci-  
fer oriáture in córdibus ves-  
tris; hoc primùm intelli-  
gentes quód omnis pro-  
phetía scriptúræ própria  
interpretatione non fit.  
Non enim voluntáte hu-  
máná alláta est aliquando  
prophetía: sed Spíritus  
sancto inspiráti, locúti  
sunt sancti Dei hómines.

IN II. NOCTURNO.

*Psalmi* Dómini est terra.  
p. 63. Afférte Dómino. 151.  
Dixit injústus. 85.

IN II. NOCTURNO.

*Pfalms Eructavit. p. 152.*

Notus in Judæa. p. 143.

Quàm dilécta. 110.

AD LAUDES ET HORAS,

*Pfalms de Dominica.*

AD PRIMAM.

CANON

Ex fancto Bernardo.

*Serm. 33. de diverfis.*

**C**hriftus Dóminus mons  
eft, in quo omnes the-  
fauri fapiéntiæ & fciéntiæ  
abfconditi funt. Veníte,  
ascendámus in hunc mon-  
tem, fratres: & fi via no-  
bis vidétur árdua, exone-  
rémus nos; fi árcta, étiam  
exinaníre nos non parcá-  
mus; fi longa, tantò ma-  
gis feftinémus; fi laborió-  
fa, clamémus ei: Trahe  
nos post te, in odóre un-  
guentórum tuórum currémus.

AD VESPERAS.

*Pfalms. Dixit 28. Beátus  
vir. 29. Laudáte, púeri. 30.  
Látatus fum. 74. Exaltá-  
bo te. cum fuis divifioni-  
bus. 115.*

*SABBATO intrá Octa-  
vam, Omnia ut in I. Vesp.  
Fefli ( dempto Refponfo-  
rio ) Commem. Sabbati  
antè Dominicam feq.*

DOMINICA

INTRA OCTAVAM.

*Omnia ut in die, fervato  
ritu duplici.*

*IN I. NOCT. Lectiones  
de Scriptura occurrente.*

IN II. NOCTURNO.

Sermo Venerábilis Bedæ

Presbyteri.

*De Trans. Dom. Lectio iv.*

**Q**uia Dominus ac Re-  
demptor noster electos  
suos per hujus vitæ labó-  
res, ad illam, quæ labó-  
rem nescit vitam futú-  
ræ beatitudinis introducere  
dispósuit, modò per Evan-  
gélium suum sudóres certá-  
minum temporálium, mo-  
dò æternórum describit  
palmam præmiórum: ut  
auditis videlicet agónum  
necessitatibus, memínerint  
sibi réquiem in hac vita  
nequáquam esse petendam:  
audítâ rursùm dulcedine  
futú-  
ræ retributiónis, lévius  
ferant mala transeúntia,  
quæ bonis speráverint re-  
muneranda perpétuis.

*Lectio v.*

**O**stenfurus glóriam suã  
discípulis, in montem  
eos ducit excelsum: ut dó-  
ceat omnes qui hanc videre  
desíderant, non in infimis  
jacere voluptatibus, non  
illécebris fervire carnáli-  
bus, non cupiditatibus  
adhæréscere terrénis, sed  
æternórum amore ad su-  
perna semper érigi. Trans-  
figurátus antè discípulos  
Dóminus & sui córporis  
glóriam, quã per resur-  
rectiõem erat illustrandus,  
significat; & electórum  
ómnium quantæ claritátis  
post resurrectiõem sint  
córpora futúra manifestat.

*Leñtio vj.*

**Q**UOD si beátus Petrus glorificátam Christi humanitátem contemplátus, tanto afficitur gáudio; quis fermo explicáre, quis fensus valet comprehendere quanta sint gáudia iustórum, cum accésserint ad Sion montem, & ad civitátem Dei viventis Jerúsalem, & multórum millium Angelórum frequentiam, ipsúmque civitátis ejusdem artificem & conditórem Deum, non per spéculum & in ænigmate sicut nunc, sed fácle ad faciém conspéxerint?

*IN III. NOCTURNO.*

*Léctio sancti Evangelii secundum Matthæum.*

*Leñtio vij. c. 17.*

**I**N illo témpore: Assúmit Jesus Petrum, & Jacobum, & Joannem fratrem ejus; & ducit illos in montem excelsum seorsum; & Transfigurátus est antè eos. Et reliqua.

*Homília sancti Hierónymi Presbyteri.*

*In cap. 17. Matth.*

**D**ominus Scribis & Pharisæis tentántibus se, & de cælo signa polcèntibus, dare noluit, sed pravam postulatiónem confutávit responsiõne prudenti. Hic verò ut Apostolorum áugeat fidem, dat signum de cælo: Eliá indè descendente quò conscènderat, & Móysè ab inferis

resurgente: quod & Achab per Isaiam præcipitur; ut petat sibi signum de excelso, aut de inferno. Nam quod dictam est: Apparuerunt illis Móyses & Elias cum eo loquentes; & in alio refertur Evangelio, nuntiasse ei quæ Jerosólymis passurus esset, lex ostènditur & Prophète, qui & passiõnem Dómini, & resurrectiõnem crebris vocibus nuntiáruunt.

*Leñtio viij.*

**V**ox de cælo Patris loquentis auditur, quæ testimoniũ perhibeat Filio: Hic est, ait, Filius meus dilectus. Et audientes discipuli, ceciderunt in faciém suam: quia humana fragilitas conspectum majóris glóriæ ferre non sústinet; ac toto animo & corpore contremiscens, ad terram cadit. Quantò quis amplióra quæsierit, tantò magis ad inferióra collábitur, si ignoráverit mensuram suam. Levantes autem oculos suos, neminem viderunt, nisi solum Jesum. Ne si Móyses & Elias perseverassent cum Dómino, Patris vox videretur incerta, cui potissimùm daret testimoniũ. Vident ergo Jesum itantem ablátá nube, & Móysen & Eliam evanuisse: quia postquam Legis & Prophetarum umbra discésserit, quæ velamento suo Apóstolos tēxe-



rat, utrumque lumen in  
Evangelio reperitur.

*Lectio ix. de Evang. &  
Homil. Dominica.*

DIE VII.

DE OCTAVA.

Sermo sancti Leonis Papæ.

*De Transfigur. cap. 3.*

*Lectio ij.*

**A** Perit Dominus coram  
electis testibus gloriam  
suam, & communem il-  
lam cum ceteris corporis  
formam tanto splendore  
clarificat, ut & facies ejus  
solis fulgore similis, &  
vestitus candore nivium es-  
set æqualis. In qua Trans-  
figuratione illud quidem  
principaliter agebatur, ut  
de cordibus discipulorum  
crucis scandalum tolleretur;  
nec conturbaret eorum  
fidem voluntariæ humi-  
litas passionis, quibus  
revelata esset absconditæ  
excellentiæ dignitatis. Sed  
non minore providentiâ  
spes sanctæ Ecclesiæ fun-  
dabatur, ut totum corpus  
Christi agnosceret quali es-  
set commutatione donan-  
dum; ut ejus sibi hono-  
ris confortium membra  
promitterent, qui in cá-  
pite præfulsisset.

*Lectio iij. de S. Xysto.*

DIE VIII.

DE OCTAVA.

De Sermone sancti Leonis

Papæ.

*Lectio ij. undè supra.*

**C**onfirmendis Apóstolis,  
& ad omnem scientiam

provehendis, alia quoque  
in illo miraculo accessit  
instructio. Móyses enim  
& Elías, lex scilicet &  
Prophætæ, apparuerunt  
cum Domino loquentes;  
ut verissimè in illa quin-  
que virorum præsentia  
compleretur quod dictum  
est: In duobus vel tribus  
testibus stat omne verbum.  
Quid hoc stabilius, quid  
firmius verbo, in cujus  
prædicatione veteris & no-  
vi Testamenti concinit  
tuba, & cum evangélica  
doctrina antiquarum pro-  
testationum instrumenta  
concurrunt? Adstipulantur  
enim sibi invicem utrius-  
que fœderis paginæ; &  
quem sub velamine myste-  
riorum præcedentia signa  
promiserant, manifestum  
atque perspicuum præsentis  
gloriæ splendor ostendit.

*Lectio iij. De SS. Justo &  
Pastore.*

DIE IX.

DE OCTAVA.

De Sermone sancti Leonis  
Papæ.

*Lectio ij. undè supra.*

**H**is ergo sacramentorum  
revelationibus Petrus  
Apóstolus incitatus, mun-  
dana spernens, & terrænâ  
fastidians, in æternorum  
desiderium quodam mentis  
rapiebatur excessu; & gâu-  
dio totius visionis implé-  
tus, ibi cum Jesu optabat  
habitare, ubi manifestatâ  
ejus gloriâ lætabatur. Undè

& ait: Dómine, bonum est nos híc esse: si vis, faciámus híc tria tabernacula, tibi unum, Móysi unum, & Eliá unum. Sed huic suggestióni Dóminus non respondit, significans non quidém improbum, sed inordinátum esse quod cúperet, cùm salvári mundus, nisi Christi morte, non posset, & exemplo Dómini in hoc vocarétur credéntium fides: ut licèt non oportéret de beatitudinis promissiónibus dubitári, intelligerémus tamen inter tentatiónes hujus vitæ prius nobis tolerántiam postulandam esse quàm glóriam.

*Lectio iij. de S. Romano.*

DIE X.

*Commemoratio Octavæ.*

DIE XI.

DE OCTAVA.

De Sermóne Venerábilis Bedæ Presbyteri.

*Lectio ij. undè suprâ.*

**A**D nostram, Fratres charíssimi, consciéntiam revertámur, & si Dómini glóriam vidére delectat, transitis carnálibus desidériis, subeámus in montem virtútum. Si ad vestimenta Dómini candidíssima pertinére vólumus, mundémus nos ab omni inquinamento carnis & spíritus, perficiétes sanctificatióem in timóre Dei. Si vocem Dei Patris audire, si consubstantialis

ejus Filii majestátem desiderámus intuéri, studeámus follíciti pervérsa & inútilia mortálium verba declináre, studeámus à supervácuus séculi fallentis óculos avértere spectáculis, quatenus resurrectiõnis nostræ glóriá coruscante, & ipsi quidem quæ modo nequimus, magnália nostri Conditoris vidére simul & dicere mereámur.

Sermo S. Bernardi Abbátis

*Serm. de divers. 23.*

*Lectio iij.*

**Q**UANDÓ quidem omnes ascéndere nitimur, omnes téndimus in sublimé, fursùm adspirámus omnes, omnes conámur in altum: illuc studeámus ascendere, ubi bonum sit nos esse, ubi securum sit nos esse, unde cadere non opórteat, ubi stare possimus. Nec modo ut desidérium próvocet, ascensórem montis Dómini Prophéta requirit: verùm étiam ut ascéndere cupientem, modum dóceat ascendendi. Felix, qui hujus montis ascensiónes in corde suo dispósuit, concupiscens & deficiens in átria Dómini. Siquidem mons iste mons uber, bonórum ómnium cúmulus, mons voluptátis æternæ, domus Dei est. Et beáti qui habitant in domo tua, Dómine! in sécula seculórum laudábunt te.

DIE XII.

DE OCTAVA.

Sermo S. Leonis Papæ.

Lectio ij. undè suprâ.

**A**sumpsit Jesus Petrum, & Jacobum, & fratrem ejus Joannem, & conscenso cum eis seorsum monte præcelsò, claritatem illis suæ gloriæ demonstravit: quia licet intellexissent in eo majestatem Dei, ipsius tamen corporis, quo Divinitas tegebatur, potentiam nesciebant. Et ideo propriè signanterque promiserat quosdam de astantibus discipulis non prius gustare mortem, quam viderent Filium hominis venientem in regno suo, id est, regiâ claritate, quam spiritaliter ad naturam suscepti hominis pertinentem, his tribus viris voluit esse conspicuam. Nam illam ipsius Deitatis ineffabilem & inaccessibleem visionem, quæ in æternam vitam mundis corde servatur, nullo modo mortali adhuc carne circumdati intuèri poterant & videre.

Lectio iij. de Sancta Clara.

VESPERÆ de die Oct. ut in I. Vesp. Festi, cum Commem. Sanctæ Radegundis, & Sanctæ Claræ.

DIE XIII.

OCTAVA

TRANSFIGURATIONIS

DOMINI.

Duplex-majus.

Omnia ut in die, præter

Psalms de Feria ad omnes Horas, & Lectiones I. Noct. quæ dicuntur de Scriptura occurrente.

DIE X.

Si Festum S. Laurentii celebretur ritu Annuali aut Solemni-majori, omnia ut in Propr. SS. & in Comm. unius Martyris, servatis quæ suprâ notata sunt pro Patronis.

Si habeat Octavam, non fit de ea nisi Commemoratio in Vigilia Assumpt.

DIE XXV.

IN FESTO  
SANCTI LUDOVICI.

Si Festum S. Ludovici celebretur ritu Annuali aut Solemni-majori, omnia ut in Brev. exceptis quæ seq.

IN I. VESPERIS.

Psalmi de Feria.

Ant. **C**um adhuc esset 3. a. puer, cepit quærere Deum, fecitque quod rectum erat in conspectu Domini. 2. Paral. 34.

Ant. 8. G. Sedit super folium in regem pro patre suo; & cunctis placuit, & paruit illi omnis Israel. 1. Paral. 29.

Ant. 2. Erudivit eum mater sua: Dilecte úteri mei, decerne quod justum est, & júdica inopem & pauperem. Prov. 31.

Ant. 4. E. Fili mi, omnibus dièbus vitæ tuæ in mente habeto Deum, & cave ne aliquando peccati consentias. Tob. 4.



*Ant. 5. C.* Puer autem proficiebat, atque crescebat; & placebat tam Domino quam hominibus. 1. *Reg. 2.*

*CAPITULUM. Deut. 17.*

**P**ostquam sederit rex in solio regni sui..., accipiens exemplar ( legis ) à sacerdotibus..., habebit secum, legetque illud omnibus diebus vitæ suæ; ut discat timere Dominum Deum suum, & custodire verba & ceremonias ejus.

*R.* Sit Dominus Deus tuus benedictus, cui complacuiti, & \* Pofuit te super thronum, eò quod dilexerit Israel; & † Constituit te regem, ut faceres iudicium & iustitiam. *Ÿ.* Rex regum & Dominus dominantium, cui honor & imperium sempiternum, \* Pofuit te. *Gloria Patri. [ Si fit Annuale, \* Constituit te. ] Repetitur R.* Sit Dominus. *usque ad Ÿ. 3. Reg. 10. 1. Tim. 6.*

*Hymnus, Rex summe regum. ut in Breviario, ad Offic. Noct.*

*Ÿ.* Inveni servum meum: *R.* Oleo sancto meo unxi eum. *Pf. 88.*

*Ad Magnificat.*

*Ant. 6. duplicanda.* Quæsit Dominus sibi virum iuxta cor suum, & præcepit ei ut esset dux super populum suum. 1. *Reg. 13.*

*Oratio ut in Breviario. Fit Comm. S. Bartholomæi.*

*AD COMPL. Psalmi & Capit. de Feria. Reliqua ut in Breviar. post. ij. Vesp.*

*IN I. NOCTURNO.*

*Psalmi, Beatus vir qui non. p. 3. Quare fremuerunt. 3. Verba mea. 85.*

*De Epistola beati Pauli Apostoli ad Romanos.*

*Lectio j. Cap. 13.*

**O**mnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. Non est enim potestas nisi à Deo: quæ autem sunt, à Deo ordinatæ sunt. Itaque qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit. Qui autem resistunt, ipsi sibi damnationem acquirunt: nam principes non sunt timori boni operis, sed mali. Vis autem non timere potestatem? Bonum fac; & habebis laudem ex illa: Dei enim minister est tibi in bonum. Si autem malum feceris, time: non enim sine causa gladium porrat: Dei enim minister est, vindex in iram ei qui malum agit.

*Lectio ij.*

**I**deo necessitate subditi estote, non solum propter iram, sed etiam propter conscientiam. Ideo enim & tributa præstatis: ministri enim Dei sunt, in hoc ipsum servientes. Reddite ergo omnibus debitum: cui tributum, tributum; cui vectigal, vectigal; cui timorem, timorem;

rem ; cui honorem , honorem . Nèmini quidquam debeatis , nisi ut invicem diligatis : qui enim diligit proximum , legem implevit .

De Epistola prima beati Petri Apóstoli .

Leção iij. Cap. 2.

**S**ubjecti igitur estote omni humánæ creaturæ propter Deum ; sive regi , quasi præcellenti ; sive dñicibus , tanquam ab eo missis ad vindictam malefactorum , laudem verò bonorum : quia sic est voluntas Dei ; ut benè facientes obmutescere faciatis imprudentium hominum ignorantiam ; quasi liberi , & non quasi velamen habentes malitiæ libertatem , sed sicut servi Dei . Omnes honorate ; fraternitatem diligite ; Deum timete ; Regem honorificate .

IN II. NOCTURNO.

*Pf.* Dómine , quis habitabit . 58. Exaudiat . 99. Dómine , in virtute tua . 92.

IN III. NOCTURNO.

*Pf.* Dóminus illuminatio mea . *integer.* 109. Deus iudicium . *integer.* 59. Misericórdiam . 60.

AD LAUDES , *Pff.* de Dominic. , cum Cantico , Benedictus es , Dómine . in Laud. Feriæ V. pro Festis , 107.

AD HORAS , *Psalmi* de Dominica .

AD PRIMAM , Canon

ut in Officio Patroni .

AD VESPERAS , *Psalmi* Dixit . 28. Beátus vir . 29. Laudate Dóminum , omnes gentes . 149. Confitebor . . . quóniam . 115. Benedictus . *integer.* 158.

## D I E B U S

### INTRA OCTAVAM.

*Omnia ut in die servato ritu Octavarum. Psalmi de Feria.*

## D I E X X V I.

Sermo sancti Augustini Episcopi .

*Enar. 3. in Pf. 32.*

*Leção ij.*

**J**Am cessaverunt reges mali , facti sunt boni , crediderunt , & ipsi signum Crucis Christi in fronte jam portant , pretiosius signum quàm qualibet gemma diadematis . Illi qui favierunt , destrúcti sunt . Sed quis fecit hoc ? fortè tu , ut extóllas te ? Dóminus dissipat consília géntium , réprobat autem cogitationes populórum , réprobat consília príncipum . Quando dixerunt , Tollámus eos de terra , non erit nomen christiánum si hoc fecerimus , si occidántur , si torqueántur , talia & talia illis infligántur ; dicta sunt hæc , & inter hæc crevit Eccléssia .

D

Sermo Sancti Ambrósii  
Episcopi

Oratio de obitu Theodosii,  
n. 12.

Lectio iij.

**L**ocuta est scriptura di-  
cens : Magnum &  
honorabile est homo mis-  
ericors : invenire autem vi-  
rum fidelem difficile est.  
Si magnum est misericor-  
dem aut fidelem quemcum-  
que hominem invenire ;  
quantò magis Imperatorem,  
quem potestas ad ulciscen-  
dum impellit , sed revocat  
ab ultione miseratio ! Quid  
præstantius fide Imperato-  
ris quem non extollat po-  
tèntia , superbia non eri-  
gat , sed pietas inclinè ?  
de quo præclarè Salomon  
ait : Iniqui regis minitatio  
similis rugitui leonis ;  
sicut autem ros in herba ,  
sic & hilaritas ejus. Quan-  
tum igitur est depònere ter-  
rorem potèntiæ , præferre  
suavitatem gratiæ !

D I E X X X.

Sermo sancti Augustini  
Episcopi.

Enarr. in Ps. secundum.

Lectio ij.

**E**T nunc , reges , intelli-  
gite. Jam innovati ,  
jam contritis carnalibus  
vasis erroris , quæ ad præ-  
teritam vitam pertinent ,  
nunc intelligite jam reges ,  
id est , jam valentes regere  
quidquid in vobis servile  
est : erudimini qui judicatis  
terram , servite Dòmino

in timóre & exultate ei  
cum tremóre .... , Id enim  
vobis expedit ut sub illo  
sitis à quo intellectus & e-  
ruditio vobis datur.... Ap-  
prehendite disciplinam , ne-  
quando irascatur Dòminus  
& pereatis de via justa.  
Hæc magna pœna est quæ  
ab iis formidatur qui ali-  
quid dulcedinis justitiæ per-  
ceperunt. Qui enim perit  
de via justitiæ , cum magna  
miseria per vias iniquitatis  
errabit.

Ex ejusdem Epistola ad  
Bonifacium Comitem.

Ep. 185. al. 50.

Lectio iij.

**Q**uòmodo Reges Dòmi-  
no serviunt in timóre ,  
nisi ea quæ contrà iussa Dò-  
mini fiunt religiósâ severi-  
tate prohibendo atque plec-  
tendo ? Aliter enim servit ,  
quia homo est , aliter quia  
etiam rex est. Quia homo  
est , ei servit vivendo fide-  
liter : quia verò etiam rex  
est , servit , leges iusta  
præcipientes & contraria  
prohibentes , convenienti  
rigore sanciendo. Sicut  
servivit Ezechias , lucos &  
templa idolòrum & illa ex-  
celsa quæ contra præcepta  
Dei fuerant constructa des-  
truendo. In hoc ergo ser-  
viunt Dòmino reges , in  
quantum sunt reges , cum  
ea faciunt ad serviendum  
illi quæ non possunt facere  
nisi reges.



## D I E X X X I.

Sermo Sancti Augustini  
Episcopi.*In Ps. 103. Concion. 3. post  
medium.**Lectio ij.*

**C**edri Libani, nobiles & divites & excelsi hujus seculi, quoniam cum timore audiunt, Beatus qui intelligit super egenum & pauperem; attendunt res suas, villas suas & omnes superfluas copias quibus videntur excelsi, & præbent illas servis Dei; dant agros, dant hortos, ædificant Ecclesias, monasteria, colligunt passeret ut in cedris Libani nidificent passeret. Præbent ista, faciunt hæc cedri Libani quas plantavit Dominus; faciunt & libenter faciunt; novèrunt quid faciant, novèrunt quid accipiant.

*Lectio iij.**In Ps. 137.*

**C**onfiteantur tibi, Domine, omnes reges terræ: sed & ipsi cum tibi confitentur, cum laudant te, non terræna desiderant à te. Quid enim reges terræ desiderarunt sunt? Nonne jam habent ipsum imperium? Quidquid amplius desideraverit homo in terra, usque ad imperium est desiderium ejus. Quid amplius potest? Altior sublimitas necessaria est. Sed fortasse quanto altior, tanto periculiosior. Ideoque

reges quanto sunt in maiore sublimitate terræna, tanto magis Deo humiliari debent..... Non ergo sint reges terræ superbi, sed humiles sint. Ambulent ergo & reges terræ in viis tuis, ambulent & cantent in viis tuis. Quid cantent? Quoniam magna est gloriæ Domini, non regum.

DIE I. SEPTEMBRIS.

IN DIE OCTAVA  
SANCTI LUDOVICI.*Omnia ut in Die, exceptis  
quæ sequuntur.**Psalmi de Feria.*

IN I. NOCTURNO.

*Lectiones de scriptura occ.*

IN II. NOCTURNO.

Sermo Sancti Ambrosii  
Episcopi.*Orat. de obitu Theodosii.**Lectio iv.*

**G**ratulatur Ecclesia, erubescit Judæus: nec solum erubescit, sed etiam torquetur; quod ipse sibi author confusionis est. Dum insultat Christo, confessus est eum regem: dum regem judæorum appellavit, facriligium suum, qui non credidit, confitetur. Ecce, inquit, crucifiximus Jesus; ut Christiani, & post mortem resurgant, & mortui regnent. Ecce & clavus in honore est; & quem ad mortem pressimus, remedium salutis est, atque invisibili quadam potestate demones torquet.

D ij

## Leñtio v.

**P**Urabamus nos vicisse, sed victos fatemur. Iterum Christus resurrexit, & resurrexisse eum principes agnovérunt. Prona enim potestas in vitium ferebatur, & more pecudum vagâ sese libidine polluebant. Ignorabant Deum, retrinxit eos crux Dómini, & revocavit à lapsu impietatis. Levavit oculos eorum ut Christum in cœlum quærerent.

## Leñtio vj.

**E**Xuerunt se chamo perfidiae, suscepérunt fræna devotiõnis & fidei, fecerunt dicentem: Tollite jugum meum super vos..... Jugum enim meum suave est & onus meum leve. Non ergo mentita est prophætia dicens: Ambulábunt reges in lumine tuo. Ambulábunt planè, non jam armis militum, sed méritis suis recti; non purpúreum hábitum, sed amictum indúti glóriæ.

## IN III. NOCTURNO.

Leñtio sancti Evangelii secundum Lucam.

## Leñtio vij. Cap. 22.

**I**N illo tempore; Dixit Iesus Discípulis suis. Reges gentium dominántur eorum, & qui potestatem habent super eos benéfici vocantur. Vos autem non sic: sed qui major est in vobis, fiat sicut minor, & qui præcessor est, sicut

ministrátor. Et reliqua. Homilia Sancti Fulgentii Episcopi.

De veritate Præd. & Gratiæ l. 2. c. 22. Leñtio vij.

**C**Lementissimus Imperátor non ideo est vas misericordiæ præparátum in glóriam, quia ápicem terreni principátus accépit; sed si in imperiáli cúlmine rectâ fide vivat, & verâ cordis humilitate præditus, culmen régiæ dignitatis sanctæ religiõni subjiciat. Si magis in timóre sèrviat Deo, quàm in timóre dominári pópulo delectétur. Si in eo lenitas iracúndiam mítiget, ornet benignitas potestatem. Si se magis diligéndum, quàm metuéndum cunctis exhibeat: si subjéctis salúbriter consulat. Si justítiam sic téneat, ut misericordiã non relinquat: si præ omnibus se sanctæ matris Ecclésiæ Cathólicæ memínerit filium, ut ejus paci atque tranquillitati, per univérsum mundum prodéssè faciãt suum principátum.

## Leñtio viij.

**N**ON ergo per quâmlibet sæculi aut Ecclésiæ dignitatem, sed per fidem quæ per dilectiõnem operátur, unusquisque vas in honórem dono Dei miserántis efficitur. Non enim Salvátor noster beátos voluit nuncupári habéntes seculárem aut ecclesiásticam dig-

nitatem; sed pauperes spiritu, mites, lugentes, esurientes, sitientesque justitiam, misericordes, mundo corde, pacificos, & qui persecutionem propter justitiam patiuntur. Nec Abraham patrem nostrum temporales honores vel divitiæ ad Dei amicitiam perduxerunt: sed quia credidit Deo, reputatum est ei ad justitiam, & amicus Dei appellatus est. Nec pauperem Lazarum ærumnâ paupertatis & famis afflictum, ab æterna requie inopia atque ignobilitas temporalis exclusit. Deus enim pauperes elegit in hoc mundo divites in fide, & hæredes regni quod promisit diligentibus se. Ipsâ fide divites fiunt omnes, qui scientes quia præterit figura hujus mundi, mortui peccato, viventes autem Deo, non in dignitate temporalî, sed in cruce Domini nostri Jesu Christi cum Apóstolo gloriântur.

*Leçt. ix. de Sancto Ægidio, cum commem. de eo in Laud.*

DIE XXIX. AUGUSTI.

In Festo

DECOLLATIONIS

S. JOANNIS BAPTISTÆ.

*Si Festum Decollationis S. Joannis - Baptistæ celebretur ritu solemnî, Officium fiet ut in Breviario, addendo ea quæ sequuntur.*

AD OFFICIUM NOCT.

*Invitatorium & Hymnus ut in Breviario. Si sit solemne majus, Psalmi de Communi unius Martyris, aliàs de Feria.*

IN I. NOCTURNO.

*Si sit solemne - majus, Lectiones ut sequitur. Aliàs de Scriptura occurrente.*

De Libro Ecclesiastici.

*Leçtio j. c. 48.*

**S**urréxit Elías prophéta quasi ignis, & verbum ipsius quasi fâcula ardébat. Qui indúxit in illos famem, & irritantes illum invidiâ suâ pauci facti sunt. Non enim poterant sustinere præcepta Domini. Verbo Domini continuit cælum, & dejecit de cælo ignem ter. Sic amplificatus est Elías in mirabilibus suis.

*Leçtio ij.*

**E**T quis potest similiter sic gloriâri tibi, qui sustulisti mortuum ab inferis de forte mortis in verbo Domini Dei! Qui dejecisti reges ad perniciem, & confregisti faciliè poténtiam ipsorum, & gloriófos de lecto suo. Qui audis in Sina judicium, & in Horeb judicia defensionis; qui ungis reges ad poenitentiam, & prophetas facis successores post te. Qui receptus es in turbine ignis in curru equorum igneorum. Qui scriptus es in judiciis temporum lenire iracundiam Domini, conciliare cor

D iij



patris ad filium, & restitueret tribus Jacob.

*Lectio iij.*

**B**EATI sunt qui te vident, & in amicitia tua decorati sunt; nam nos vitam vivimus tantum, post mortem autem non erit tale nomen nostrum. Elías quidem in turbine tectus est, & in Eliseo completus est spiritus ejus. In diebus suis non pertimuit principem, & potentiam nemo vicit illum, nec superavit illum verbum aliquod, & mortuum prophetavit corpus ejus. In vita sua fecit monstra, & in morte mirabilia operatus est.

*AD LAUDES.*

*CANTICUM. Eccli. 23.*

**D**OCTRINAM oris audite, filii; \* & qui custodierit illam non periet labiis, nec scandalizabitur in operibus nequissimis.

In vanitate sua apprehenditur peccator, \* & superbus & malédicus scandalizabitur in illis.

Jurationi non assuescat os tuum; \* multi enim casus in illa.

Vir multum jurans implebitur iniquitate, \* & non discedet a domo illius plaga.

Et erit dedecus omnibus, \* eò quòd non intellexerit timorem Domini.

Et agnoscent qui derelicti sunt, \* quoniam ni-

hil melius est quam timor Dei;

Et nihil dulcius, quam respicere in mandatis Domini: \* gloria magna est sequi Dominum.

*Hoc Festum non habet Octavam.]*

*DIE VIII. SEPTEMBRIS.*

*In Nativitate BEATÆ M. VIRGINIS.*

*Ubi fit ritu Annuali, omnia ut in Breviario, additis quæ ad ritum Annual. pertinent.*

*DOMINICA INTRA OCTAVAM. IN II. NOCTURNO.*

*Ex Libro sancti Ambrósii Episcopi, de Virginitibus.*

*Lib. 2. Cap. 2. §. 6. & 7.*

*Lectio iv.*

**S**IT vobis tanquam in imagine descripta virginitas vitæque Mariæ, de qua, velut speculo, resurgat species castitatis & forma virtutis. Hinc sumatis licet exempla vivendi, ubi tanquam in exemplari magisteria expressa probitatis, quid corrigere, quid effugere, quid tenere debeatis, ostendunt. Primus discendi ardor, nobilitas est magistri. Quid nobilior Dei matre? Quid splendidius eam, quam splendor elegit? Quid castius eam, quæ corpus sine corporis contagione generavit?

*Lectio v.*

**N**AM de ceteris ejus virtutibus quid loquar?

Virgo erat non solum corpore, sed etiam mente, quæ nullo doli ambitu fincerum adulteraret affectum; corde humilis, verbis gravis, animi prudens, loquendi parcior, legendi studiosior; non in incerto divitiarum, sed in prece pauperum spem repõnens; intenta operi, verecunda sermone; arbitrum mentis solita non hominem, sed Deum querere, nullum lædere, bene velle omnibus, assurgere maioribus natu, æqualibus non invidere, fugere jactantiam, rationem sequi, amare virtutem.

*Leçtio vj.*

**Q**uando ista vel vultu læsit parentes? quando dissensit à propinquis? quando fastidivit humilem? quando derisit debilem? quando vitavit inopem? eos solos solita cœtus virorum invisere, quos misericordia non erubesceret, neque præteriter verecundia. Nihil torvum in oculis, nihil in verbis proca, nihil in actu inverecundum: non gestus fractior, non incessus solutior, non vox petulantior; ut ipsa corporis species simulacrum fuerit mentis, figura probitatis.

*IN III. NOCTURNO.*

Leçtio sancti Evangelii secundum Matthæum.

*Leçtio vij. Cap. 1.*

**L**iber generationis Jesu Christi filii David, filii Abraham. Abraham genuit Isaac, Isaac autem genuit Jacob. Et reliqua.

Homilia Sancti Joannis Chrysostomi.

*Homil. 2. in Cap. 1. Matth.*

**A**udire mirabile est quod ineffabilis Deus, & quæ nec sermonibus explicari potest, nec cogitationibus comprehendi, Patrique per omnia cœqualis, per Virginis ad nos venit uterum, & fieri ex muliere dignatus est, & habere progenitores David & Abraham. Verum nihil humile suspicaris, sed potius propter hæc ipsa maxime mirare, quia cum germanus & verus Filius sempiterni esset Dei, etiam filius David esse dignatus est, ut te filium faceret Dei: servum patrem habere dignatus est, ut tibi servo patrem faceret Dominum.

*Leçtio viij.*

**Q**uod si ambigis de his quæ ad tuum spectant honorem, de illius humilitate disce credere etiam quæ super tuam dignitatem dicuntur. Quantum enim ad cogitationes hominum pertinet, multo est difficilius Deum hominem fieri, quam hominem Dei Filium consecrari. Cum ergo audieris

quod Filius Dei, filius sit & David & Abrahæ, dubitare jam desine quod & tu qui filius es Adæ, futurus sis filius Dei. Non enim frustra, nec vanè, ad tantam humilitatem ipse descendit, sed ut nos ex humili sublimaret. Natus est enim secundum carnem, ut tu nascerere spiritu: natus est ex muliere, ut tu desineres esse filius mulieris.

*Lectio ix. de Homil. in Evang. Dominicæ.*

DIE X. SEPTEMBRIS.

DE OCTAVA.

Sermo sancti Bernardi  
Abbátis.

*Serm. de verb. Apoc. n. 2.  
Lectio ij.*

**C**Rudelis Eva, per quam serpens antiquus pestiferum etiam ipsi viro virus infudit; sed fidelis Maria, quæ salutis antidotum & viris & mulieribus propinavit. Illa enim ministra seductionis, hæc propitiationis: illa suggestit prævaricationem, hæc injecit redemptionem. Quid ad Mariam accedere trepidet humana fragilitas? nihil austerum in ea, nihil terribile, rota suavis est, omnibus omnia facta est, sapientibus & insipientibus copiosissima caritate debitricem se fecit, omnibus misericordiam sinum aperuit, ut de plenitudine ejus accipiant univer-

si; captivus redemptionem, æger curationem, tristis consolationem, peccator veniam, justus gratiam, Angelus lætitiã.

*Lectio iij. de S. Salvio.*

DIE XIV. SEPTEMBRIS.

In Festo

**EXALTATIONIS  
SANCTÆ CRUCIS.**

*Si Festum Exaltationis S. Crucis celebretur ritu Annuali aut Solemni majori, omnia ut in Breviario, exceptis quæ sequuntur.*

AD OFFICIUM NOCT.

IN I. NOCTURNO.

*Psalmi. Beatus vir. p. 3.  
Quare fremuerunt. 3. Dómine, quid multiplicati sunt. p. 4.*

IN II. NOCTURNO.

*Psalmi. Dómine Dóminus noster. p. 46. In Dómino confido. 97. Deus Deus meus, respice. integer. 133.*

IN III. NOCTURNO.

*Psalmi. Exaudi, Deus, orationem meam cum deprecor. p. 142. Cantate Dómino canticum... Cantate. 49. Cantate Dómino... quia. 50.*

AD LAUDES ET HORAS  
*Psalmi de Dominica.*



AD PRIMAM.

Canon ut in Inventione Sanctæ Crucis, die III. Maii, paginâ xxxij.

AD PRIMAM, CANON de Feria occurrente nisi sit Feria Quat. Temporum.

AD VESPERAS, Ant. sola prima de Vesperis diei.

AD VESPERAS.

Psalmi. Dixit. p. 28. Confitebor. 29. Sæpe expugnaverunt. 135. Eripe me. integer. 136. Voce mea. 76.

DOMINICA INTRA OCTAVAM.

Officium ut in die Festi, servato ritu duplici. In Vesp. Sabbati, omnia ut in I. Vesp. Festi, dempto Responsorio.

DIEBUS

INTRA OCTAVAM.

(Si habeat.)

De Festo Duplici-minori non Translato fiet Officium cum commem. Octavæ in utrisque Vesperis & Laudibus: de semiduplici autem vel simplici fiet tantum commemoratio ritu in Octavis ordinario.

Omnia ut in die, exceptis quæ sequuntur.

Psalmi FERIALES.

AD OFFICIUM NOCT.

Lectio j. de Scriptura occurrente, ex tribus una. Lectio ij. & iij. ut infra assignantur, nisi legenda sit aliqua homilia in Evangelium Ferie IV. Temporum: tunc enim prima Lectio est de scriptura occurrente, ij. de Octava, iij. de Historia aut Homilia.

AD LAUDES MATUTINAS, Ant. sola quarta de Laudibus diei.

Ad Offic. Noct. Lectiones ut in die, exceptis Lectionibus I. Noct. quæ dicuntur de Scriptura occurrente. Psalmi de Dominica ad omnes Horas.

DIE XVII.

Lectio ij. ut intrâ Oct. Inventionis S. Crucis, 4. Maii, p. xxxiv.

Lectio iij. de S. Cornelio & fit de eo commemoratio in Laudibus & Vesperis.

DIE XVIII.

Lectio ij. ut intrâ Oct. Inventionis S. Crucis, 5. Maii, p. xxxv.

Lectio iij. de S. Camilla.

DIE XIX.

Lectio ij. ut intrâ Oct. Inventionis S. Crucis, 6. Maii, p. xxxv.

Lectio iij. de S. Cypriano.

DIE XX.

Lectio ij. & iij. ut intrâ Octavam Inventionis, die 8. Maii, divisione factâ ad hæc verba, Nec verb.

Vesperæ de die Octavæ Exaltationis S. Crucis ut in I. Vesperis Festi.

**D I E X X I.**  
**IN DIE OCTAVA**  
**EXALTAT. S. CRUCIS.**

*Omnia ut in die præter  
 sequentia.*

*Psalmi de Feria.*

**AD OFFICIUM NOCT.**

**IN I. NOCTURNO.**

*Lectiones de scriptura  
 occurrente.*

**IN II. NOCTURNO.**

Sermo sancti Augustini  
 Episcopi.

*In Joann. Evang. Tract. 36.*

§. 4. *Lectio iv.*

**C**REATOR hominis homo  
 esse dignatus est : factus  
 est quod fecerat , ne periret  
 quem fecerat. Quid huic  
 misericordiae addi potest ?  
 Et tamen addidit. Parum  
 fuit ei hominem fieri , sed  
 etiam ab hominibus reprobari :  
 parum erat reprobari ,  
 & exhonorari : parum erat  
 exhonorari , & occidi : sed  
 & hoc parum est ; morte  
 crucis. Nam & cum ejus  
 obedientiam usque ad mortem  
 factam commendaret  
 Apostolus , parum illi fuit  
 dicere : Factus obediens  
 usque ad mortem ; non enim  
 qualemcumque mortem ,  
 sed addidit , Mortem  
 autem crucis. Illa morte  
 pejus nihil fuit inter  
 omnia genera mortium.

*Lectio v.*

**M**ORI voluit pro nobis :  
 parum dicimus , crucifigi  
 dignatus est , usque ad  
 mortem crucis obediens  
 factus. Elegit extremum &

peffimum genus mortis ,  
 qui omnem fuerat ablaturus  
 mortem : de morte peffima  
 occidit omnem mortem.  
 Peffima enim erat non  
 intelligentibus Judæis ; nam  
 à Domino electa erat.

*Lectio vj.*

**I**PSAM enim crucem suam  
 signum habiturus erat ,  
 ipsam crucem de diabolo  
 superato tanquam trophæum  
 in frontibus fidelium  
 positurus , ut diceret  
 Apostolus : Mihi autem  
 absit gloriari , nisi in cruce  
 Domini nostri Jesu Christi ,  
 per quem mihi mundus crucifixus  
 est , & ego mundo.  
 Nihil erat tunc in carne  
 intolerabilius , nihil est  
 nunc in fronte gloriosius.  
 Quid servat fidei suo , qui  
 talem honorem dedit  
 supplicio suo ?

**IN III. NOCTURNO.**

*Lectiones ut in die.*

**D I E X X I X.**

In Festo

**SANCTI MICHAELIS ,**  
**ARCHANGELI.**

*Ubi Festum S. Michaelis  
 est Annuale , omnia ut in  
 Breviario , exceptis que  
 sequuntur , & servato ritu  
 præscripto in Festo Patroni.*

**IN I. NOCTURNO.**

*Psalmi , Domine Dominus  
 noster. 46. Dixit injustus. 85.  
 Quid gloriaris. 118.*

*De Libro Exodi.*

*Lectio j. Cap. 23.*

**L**OCUTUS est Dominus ad  
 Moysen , dicens : Ecce

ego mittam Angelum meum qui præcedat te, & custodiat in via, & introducat in locum quem paravi. Observa eum, & audi vocem ejus: nec contemnendum putes; quia non dimittet cum peccaveris, & est nomen meum in illo. Quod si audieris vocem ejus, & feceris omnia quæ loquor, inimicus ero inimicis tuis, & affligam affligentes te; præcedetque te Angelus meus, & introducet te ad Amorrhæum, & Hethæum, & Pherefæum, Chanaanumque, & Hevæum, & Jebusæum, quos ego conteram.

De Libro Jósue.

Leçtio ij. Cap. 5.

Cum esset Jósue in agro curbis Jéricho, levavit oculos, & vidit virum stantem contra se, evaginatum tenentem gladium, perrexitque ad eum, & ait: Noster es, an adversariórum? Qui respondit: Nequáquam; sed sum princeps exercitús Dómini, & nunc venio. Cécidit Jósue pronus in terram, & adorans ait: Quid Dóminus meus loquitur ad servum suum? Solve, inquit, calceamentum tuum de pedibus tuis: locus enim in quo stas, sanctus est. Fecitque Jósue ut sibi fuerat imperátum.

De Libro secundo Machabæórum.

Leçtio iij. Cap. 11.

UT Machabæus, & qui cum eo erant, cognoverunt expugnari præsidia, cum fletu & lacrymis rogabant Dóminum, & omnis turba simul, ut bonum Angelum mitteret ad salutem Israél. Et ipse primus Machabæus, sumptis armis, ceteros adhortatus est simul secum periculum subire, & ferre auxiliúm fratribus suis. Cúmque pariter prompto ánimo procederent, Jerosólymis apparuit præcedens eos eques in veste cándida, armis áureis hastam vibrans. Tunc omnes simul benedixerunt misericordem Dóminum, & convaluerunt animis.

IN II. NOCTURNO.

*Psalmi*, Si verè útique. 131. Deus, quis similis erit tibi? *integer*. 144. Bonum est confitèri. 41.

IN III. NOCTURNO.

*Psalmi*, Dóminus regnavit, exulter. 64. Dóminus regnavit, irascantur. 51. Benedic, ánima mea, Dómino; & omnia. *integer*. 92.

AD II. VESPERAS.

*Psalmi*, Dixit Dóminus. 28. Beátus vir. 29. Laudáte, púeri. 30. Levavi oculos meos. 54. Confitebor . . . . . quóniam. 115.



DOMINICA  
INTRA OCTAVAM.

Totum Officiam fit ut in die Festi, incipiendo à j. Vesp. servato ritu duplici, cum Commem. Dominicæ occurr. in utrisque Vesp. & Laud. ac ix. Lect. in Offic. Noct.

IN I. NOCT. Lectiones de Scriptura occurrente.

IN II. NOCTURNO.

Sermo Sancti Laurentii Justiniani, Episcopi.

In Fest. S. Mich. Archang.

Lectio iv.

Quamvis omnes cœli milites máximo cum honore debeamus excollere, præcipuè tamen gloriosissimum Michaëlem cœlestis exercitûs primatem & ducem. Veneremur in illo sublimem gratiam, prærogativam singularem, præstitum ministerium, insuperabilem virtutem, Conditoris benevolentiam, ipsiusque bellicatoris constantiam, in eo tamen qui ipsum fecit & nos. Multæ siquidem auctoritatis coram Deo inter beatos Spiritus esse cognoscitur. Novimus enim in exordio supernæ civitatis sanctæ Jerusalem prælium ibi extitisse non minimum. Temerario quidem ausu contra Dòminum Lucifer in corde suo se erigens, divinitatis honorem, principandique dominiū concupivit, sàmnet immo-

derato amore deceptus.

Lectio v.

EX hoc pugnæ causa, ruina illius, & dæmonum exortus est lapsus, dum suasionè pestiferâ spiritibus cunctis cupiditatis suæ referavit arcânium. Quamobrem quotquot immutabili deserto bono, sponte commutabili inhæserunt, è cœli sunt regione depulsi. Tunc planè in cœlo exortum est prælium, tunc cœlestes spiritus non clypeo, hastâ, vel ense, sed voluntate tantum certavere vicissim. Sanè in hujusmodi spirituâli conflictu ceteris Spiritibus sanctis prælatus est Michaël, quemadmodum Lucifer malis. Sacro igitur referente eloquio factum est prælium tunc magnum in cœlo, Michaël & Angeli ejus præliabantur cum dracône, & draco pugnavat, & angeli ejus, & non prævaluerunt, neque inventus est locus eorum amplius in cœlo. Sibi ipsis quippè derelicti, qui Lucifero adherendo deliquerant, quomodo divinæ valeret reniti potestati, quæ magnificè cooperabatur in bonis?

Lectio vj.

Hinc sanctorum Angelorum sublimata sunt mèrita: hinc præcipuè gloriosissimi Michaëlis principatus est auctus; & per

universum orbem illius nomen effectum est celebre, adèd ut supra omnes beatos Spiritus, singulari ac intimâ à fidelibus veneratione colatur. Non autem abs re illum sacrosancta mater honorat Ecclesia, quem sui specialem & proprium novit esse custodem, intercessorem assiduum, curiæ cœlestis principem, atque animarum electorum sedulum susceptorem. Quamobrem agnoscant singuli, agnoscant omnes protectorem suum, illum laudibus efferant, frequentent precibus, votis amplectantur, devotione inclinent, & per emendationem vitæ lætificent. Non enim poterit orantes despiciere, repellere confidentes, declinare amantes; quippè cum defendat humiles, pudicos diligat, dirigat innocentes, custodiat vitam, regat in via, perducat ad patriam.

**IN III. NOCTURNO.**

Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.

Lectio vij. Cap. 18.

**I**n illo tempore; Accesserunt discipuli ad Jesum, dicentes: Quis, putas, major est in regno cœlorum? Et reliqua.

Homilia sancti Bernardi Abbatis.

De verbis Is. Serm. 1. n. 3.

**S**emel turbavit superbia regnum illud, concuf-

sit muros, etiam prostravit ex parte, & parte non modicâ. Quid ergò? Facile-ne deinceps admittenda videtur? Numquid non odit civitas illa, & vehementer hujusmodi pestem abominatur? Certi estote, fratres, eum qui superbis non pepercit angelis, nec hominibus parcurum. Non est contrarius sibi ipsi, non est personarum acceptor; similia sunt iudicia ejus. Sola ei placet humilitas, sive in Angelo, sive in homine; & qui sedet in throno, solos eligit subditos, è quibus repleat templum. Scriptum quippè est: Quis sicut Dominus Deus noster, qui in altis habitat, & humilia respicit in cœlo & in terra? Vide autem ne forte Michaëlis verbum sit, superbo illi dicenti, Similis ero Altissimo, resistentis. Michaël quippè interpretatum dicitur, Quis ut Deus?

Lectio viij. n. 4.

**A**B initio creaverat Angelos Deus, in quibus beati illius templi plenitudo constaret: sed non in omnibus beneplacitum est ei, quia & in ipsis (ut scriptum est) angelis suis reperit pravitatem. Fuit quippè in eis qui diceret: Ponam sedem meam ad Aquilonem, & populum qui sibi crederet, habuit.

Miser ipse, qui sine Deo esse maluit, quam sub Deo; miseri & illi, qui videntes furem cucurrerunt cum eo. Exierunt infelices, & vacuus relictus est locus, quem accipiat alter. Nonne Deo subiecta eris, ánima mea? Alióquin nec tibi locus erit in templo, quia quæ sub ipso erant, replébant templum. Eant superbi, insolescant magis; extollantur, insentur, appetant semper in cúmulo apparere: ut cum vénerit æquitátis línea, à plenitudine ejiciantur. Tu verò non sic, sed Deo subiecta esto, ánima mea, subiecta sanè ex ánimo, subiecta cum fervóre devotiõnis.

*Leçtio ix. de Homilia in Evang. Dominicæ occurr.*  
DIEBUS INTRA OCT.

*Servatur ritus præscriptus in Officio Patroni, p. vj.*

D I E X X X.

*Fit Commemor. Octavæ.*

D I E I.

D E O C T A V A.

Ex Libro Morálium sancti Gregórii Papæ.

*Lib. 17. Cap. 8.*

*Leçtio ij.*

**P**Orestas & terror apud Deum est, qui facit concórdiam in sublimibus suis. Libet inquirere si pax in sublimibus summa retinetur, quid est quod per Angelum Daniéli dicitur: Ego veni propter fermónes tuos; princeps autem reg-

ni Persárum réstitit mihi viginti & uno diebus; & ecce Michaël unus de princípibus primis, venit in adiutorium mihi. Et paulò post: Nunc revertar ut præliar adversum príncipem Persárum. Cum enim egréderer, apparuit princeps Græcórum advéniens. Quos itaque álios príncipes géntium, nisi Angelos appellat, qui sibi resistere exeunti potuissent? Quæ ergò esse pax in sublimibus potest, si inter ipsos quoque angélicos spíritus præliandi certámen ágitur, qui semper conspéctui veritátis assistunt? Sed quia certa Angelórum ministéria dispensandis singulis quibusque géntibus sunt prælátá, cum subiectórum mores adversum se vicissim præpositórum spírituum opem merentur, ipsi, qui præsunt spíritus, contra se venire referuntur. Is namque Angelus qui Daniéli loquebatur, captivis Israëlítici pópuli in Pérside constitútis prælátus agnoscitur. Michaël autem eórum qui ex eádem plebe in Judææ terra remánserant, præpósitus invenitur.

*Leçtio iij. de Sancto Remigio.*

D I E I I.

*Fit Commemoratio Oct.*



DIE III.  
DE OCTAVA.  
Ex libro Morálium sancti  
Gregórii Papæ.

*Leçtio ij. Undè suprâ.*

**A**B eódem Angelo qui Daniéli loquebátur , paulò pòst dicitur : Nemo est adjutor meus in ómnibus his , nisi Michaël princeps vester. De quo & hoc , quod præmíssimus , dicit : Et ecce Michaël unus de princípibus primis venit in adjutórium mihi. Qui dùm nequáquam simul esse , sed venire in adjutórium dicitur , apertè ei pópulo prælátus agnóscitur , qui captivus in ália parte tenebátur. Quid est ergò Angelum dícere : Ego veni propter sermónes tuos ; princeps autem regni Persárum réstitit mihi : nisi sua súbditis ópera nuntiáre ? Ac si apertè dicat : Precum quidém tuárum mérita éxigunt , ut Israëliticus pópulus à jugo suæ captivitátis exuátur , sed est adhuc quod in eódem pópulo , Persárum dominio purgári débeat : undè ereptiónem illius , Persárum princeps mihi jure contradícat , quamvis preces tuas eórum quoque lácrymæ qui in Judæa relicti sunt , ádjuvent. Undè hoc quoque quod díximus subjungit : Michaël princeps vester venit in adjutórium mihi.

*Leçtio iij. de S. Trophimo.*

DIE IV.

DE OCTAVA.

Ex libro Morálium sancti  
Gregórii Papæ.

*Leçtio ij. Undè suprâ.*

**M**ichaël ádjuvat , sed princeps Græcorum ad prælium venit : quia meréri quidém véniam tam longa oppressórum captivitas póterat , sed ereptiónis eórum beneficio hoc quoque quod in Græcos deliquerant , obviábat. Rectè ergò dicitur quod contrá se Angeli véniunt ; quia subjectárum sibi géntium vicissim mérita contradícant. Nam sublimes spíritus eisdem géntibus principantes nequáquam pro injusta agéntibus decertant , sed eórum facta justè judicantes exáminant. Cúmque uniuscujusque géntis vel culpa vel justitia ad supernæ cúriæ consílium dúcitur , ejusdem géntis præpósitus , vel obtinuisse in certámine , vel non obtinuisse perhibétur. Quorum tamen ómnium una victória est sui super se opfficis voluntas summa ; quam dùm semper aspíciunt , quod obtinére non valent , nunquam volunt.

*Leçtio iij. de S. Francisço.*

D I E V.

D E O C T A V A.

Ex libro Morálíum sancti  
Gregórii Papæ.

Lib. 34. Cap. 7.

Leçtio ij.

**H**Oc loco quo dicitur ,  
Cum sublátus fuerit ,  
timébunt Angeli ; nil ob-  
rat intélligi , quia sub fu-  
túri témporis modo præte-  
rita describuntur. Nec rec-  
tæ intelligéntiæ sensum re-  
linquimus , si credámus  
diábolo ab arce beatitúdi-  
nis cadente , in ruína ejus  
étiam electos Angelos ex-  
pavisse , ut cum istum ex  
illórum número supérbia  
lapsus eíceret , illos ad ro-  
bústiús standum timor ipse  
solidáret. Undè & sequitur :  
Et térriti purgabuntur.  
Purgáti verò sunt ; quia  
nimírùm isto cum réprobis  
legiónibus exeunte , soli  
in coeléstibus sédibus qui  
beátè in æternum vive-  
rent , remanserunt.

Leçtio iij.

**H**Ujus itaque lapsús eos  
térruit & purgávit : tér-  
ruit , ne Conditórem suum  
superbè despícerent ; purgá-  
vit verò , quia exeúntibus  
réprobis , actum est ut  
electi soli remanérent. Et  
quia cunctórum ópifex  
Deus scit ad bonórum cus-  
tódiam étiam benè uti  
malá actióne reprobórum ,  
lapsum cadéntium vertit  
in profectum manéntium ;  
& undè puníta est culpa

superbiéntium , indè hu-  
mílibus Angelis , & in-  
venta & solidáta sunt  
augmenta meritórum. Istis  
namque cadéntibus , illis  
in múnere datum est , ut  
cadere omnínò non pos-  
sent.

D I E V I.

Octava

SANCTI MICHAELIS  
ARCHANGELIS.

Duplex-majus.

Omnia ut in die , ser-  
vato ritu duplici majori ,  
& exceptis quæ sequuntur.  
Ps. de Feria in toto Officio.

IN I. NOCT. Lectiones  
de scriptura occurr.

IN II. NOCTURNO.

Sermo sancti Brunónis  
Astensis Episcopi.  
De S. Michaële Archang.  
Leçtio iv.

**F**ACTum est prælium  
magnum in cælo.  
Magnum prælium , in quo  
Míchaël princeps Archang-  
elórum pugnat cum diá-  
bolo , príncipe dæmonió-  
rum. Hoc prælium quoti-  
diè fit in Ecclésia , quó-  
niam Ecclésia cælum vo-  
cátur. De Ecclésia igitur  
hoc intelligitur , quamvis  
si étiam de illo álio cælo  
hoc intelligátur , non  
omnínò inconveniens esse  
vidétur. Manifestum est  
enim , quod indè quoque  
propter supérbiam suam  
draco projectus est. De quo  
& Prophéta ait : Quómódò  
cecidisti de cælo , Lúifer ?

qui manè oriebáris ; qui dicébas in corde tuo : In cœlum ascendam ; super astra cœli ponam fólium meum ; sedébo in monte testamenti , in latéribus Aquilónis , & ero similis Altíssimo. Constat ígitur quod indè cécidit, sive Angelórum virtúte & poténtiâ, sive solâ Dei voluntáte eum ad inferióra præcipitante. Multa enim Angelórum ministério operátus est Deus, quæ, si voluisset, solo nutu fácere potuisset.

*Leĉtio v.*

**I**Nter Angelos , qui ad hujus mundi regímina & custódiám nobis à Deo missi sunt, beátus Michaël óbtinet principátum ; qui non solúm Angelus vel Archángelus, verúm étiam Angelórum & Archangelórum princeps vocátur. Multos enim Angelos & Archángelos habet ipse sub se , & per regna , & provincias , & per civitátes ordinátos. Vide ergò quantas grátias beáto Michaéli Archángelo debeámus , à quo Angelos accépimus nobis ministros ad custódiám ordinátos. De quo & Daniéli quidam Angelus ait : Nunc annúntio tibi quod expressum est in Scriptúra veritátis ; & nemo est adjutor meus in ómnibus his, nisi Michaël Archángelus

princeps vester. Iste ígitur cum Angelis suis non cessat die noctúque præliári contrà draconem illum qui est diábolus & sátanas ; qui quóniam in cœlo , id est , in sanctis homínibus habitáre non potest, in terram projectus est , per quam peccatóres significantur.

*Leĉtio vj.*

**C**onsidera modò qualis est iste , quàm fortis , & quàm potens , cum quo beátus Michaël Archángelus præliátur. Sed quia Michaël, Quis sicut Deus ? interpretátur, ipse suo nómine nos ad prælium confortat , & ne illum timére debeámus , hortátur ; qui quóniam Deo similis esse vóluit , præcipitátus est. Adhuc tamen non quiescit, qui suâ supérbiâ talis factus est , ut timére nésciat ; & nisi potestátes quæ super cœlos sunt , & quæ de cœléstibus veniunt , ejus supérbiæ & fortitúdini resisterent, nulla super terram potestas est quæ ei resistere potuisset. Quis draconis hujus sævítiam & fortitúdinem evádere potuisset , nisi suórum nos Dóminus Angelórum custódiâ munivisset ? Ecce totum prælium factum est : & draco iste magnus superátus est , & simul cum omni exércitu suo in ténebras præcipitátus est.



IN III. NOCTURNO.  
Lectio sancti Evangelii  
secundum Matthæum.

Lectio vij. Cap. 18.

**I**n illo tempore; Accesserunt discipuli ad Jesum dicentes: Quis, putas, major est in regno cœlorum? Et reliqua.

Homilia Sancti Bernardi  
Abbatis.

In Fest. S. Mich. Serm. 2.  
n. 1.

**A**udistis, fratres, Evangelicam lectionem adversus eos qui pusillos scandalizant, satis terribiliter intonantem. Neminem blanditur veritas, neminem palpat, nullum seducit, aperit denuntians, quoniam vae homini illi per quem scandalum venit. Perire siquidem necesse est hominem, qui caritatem non habet, etiam si tradiderit corpus suum ita ut ardeat. Et hoc dixerim, ut in ea caritate, & unanimitate, & pace in qua statis in Domino, solliciti sitis perseverare & abundare magis. Quæ est enim spes nostra, & gaudium nostrum, & corona gloriæ? Nonne unitas & unanimitas vestra, in qua gaudeo vos inveniri fraternitatis amatores, & ante omnia mutuam in vobismetipsis caritatem habentes, quod est vinculum perfectionis? Propter quod obsecro vos, sic stete in Domino, ca-

rissimi. In hoc enim cognoscunt omnes, etiam Angeli sancti, quod Christi estis discipuli, si dilectionem habueritis ad invicem.

N. 2. Lectio viij.

**N**umquid enim Christi gratiâ diligemur ab Angelis, si de mutua dilectionis inopia cognoverint nequaquam eius nos esse discipulos? Numquid diligemur ab eis propter nos ipsos, id est, spiritualis naturæ similitudine, si invenimur non diligere humanæ naturæ nostræ confortes; imò verò, si ex eis qui inter nos sunt contentionibus, carnales nos magis quam spirituales esse constiterit? Denique, numquid Angeli diligant nos propter seipsos, & futuram de nobis civitatis suæ restaurationem, si (quod absit) unum quo solo uniri & coedificari eis possumus, defuerit glutinum caritatis? Quomodo sperabunt reedificandos de nobis perpetuos civitatis illius muros, si cognoverint, si viderint, nos non lapides esse vivos qui possint invicem coherere; sed magis pulverem, quem projiciat ventus à facie terræ, quem unius verbi flatus in turbine excitet, & suspensionis cujuscumque levissima aura dispergat?

Lectio ix. de S. Brunone.

## DIE II. OCTOBRIS.

Si alicubi fiat Officium solemne de Sanctis Angelis custodibus, omnia ut in Breviario; & quæ desunt, sumantur ex Officio S. Michaëlis, ut supra.

## DIE XI. NOVEMBRIS.

In Festo

SANCTI MARTINI,  
Turonensis Episcopi.

Ubi fit ritu Annual. omnia ut in Breviario, servato ritu præscripto pro Officio Patroni. Quæ desunt, sumantur de Communi Pontificum, infra, excepto  $\Psi$ . Alleluatico.

AD II. VESP. ante Hymnum:

Alleluia, alleluia.  $\Psi$ . Sitivit anima mea ad Deum fortem, vivum: quando veniam & apparebo ante faciem Dei? Alleluia. Ps. 41.

## DIE XXVIII.

In Ecclesiis Diœcesis Tolosane, (non verò in aliis,) qui habent pro Patrono S. Saturninum, fiet Officium de ejus Vigilia hoc ritu.

## AD OFFICIUM NOCT.

Simplex.

Invitat. & Hymnus de Communi unius Mart. Antiph. & Psalmi de Feria.  $\Psi$ . & duo priora  $\mathcal{R}\mathcal{R}$ . de eodem Communi, secundum Feriam.

Lectio j. & ij. de scriptura occurr. Lectio iij. cum suo  $\mathcal{R}$ . ut in Breviario.  $\Psi$ . Sacerd. de Com. unius Mart.

## AD LAUDES.

Semiduplex.

Quinque Antiph. Capit. & Hymnus de Communi unius Mart.  $\Psi$ . Antiph. ad Benedictus. & Oratio ut in Breviario. Non dicuntur Preces, nec fiunt Suffragia.

## AD HORAS.

Duplex-minus.

In fine Hymnorum, Doxol. Sit laus Patri. ut in Communi unius Mart. Antiph. Capit. &  $\mathcal{R}\mathcal{R}\mathcal{R}$ . br. de eodem Communi. Non dicuntur Preces.

## DIE XXXIX.

Ubi Festum S. Saturnini est Annuale, omnia ut in Breviario, servato ritu Annuali in  $\mathcal{R}\mathcal{R}$ . primar. Vesp. & Officii Noct.

$\mathcal{P}$  Extrà Diœcesim Tolos. Lectiones j. Noct. de Communi unius Mart. infra.]

## DIE VIII. DECEMBRIS.

Si Festum Conceptionis B. Mariæ Virg. alicubi celebretur cum Octava, sumantur Lectiones de diebus intra Octavam, & de die Octava Nativitatis ejusdem B. Mariæ.

## DIE XXVI. DECEMBRIS.

In Festo

SANCTI STEPHANI,  
PROTOMARTYRIS.

Extrà Diœc. Tolosanam, ubi fit ritu Annuali, Officium ut in Breviario, & ut ordinatur pro Festo Patroni, additis iis quæ seq.

Pridiè ad II. Vesp. Natalis Domini, fit Comme-

xcij In Festo & Oct. S. Stephani, Protomart.

moratio Solemnis de S. Stephano, ut notatur in Rubricis generalibus, parte 1. cap. xj. n. 3.

AD OFFIC. NOCT. Ps. ut in Communi unius Mart.

AD LAUD. & HORAS, Ps. de Dominica.

AD VESP. Omnia ut in Breviario.

AD COMPLETOR. Pff. & Capitul. de Dominica. Cetera ut in Breviario.

DIE I. JANUARIUS.

IN CIRCUMCISIONE  
DOMINI.

Non fit Commem. Octav. S. Steph. nisi in II. Vesp. quæ Comm. fit ut in II. Vesp. Nat. Domini.

DIE II.

Octava

SANCTI STEPHANI,  
Protomartyris.

Omnia ut in die, servato ritu Duplici-majori, & exceptis quæ sequuntur.

In fine omnium Hymnor. etiam ad Officium Noct. Laud. & Vesp. loco Doxologie, Qui natus es, dicit.

Jesu coróna Mártyris,  
Quem stans ab alto respicis,  
Fac nos potenti grátia,  
Illuc sequi quò dux præit.

Amen.

IN I. NOCT. Lectio es de Scriptura occur. ex hac die, Incipit liber Jeremiæ, &c.

IN II. NOCTURNO.

Sermo Sancti Augustini  
Episcopi.

Serm. 314. in Nat. S. Steph.  
Lectio iv.

SI beátus Stéphanus sub Simbre lápidum constitutus futúra præmia non cogitasset, quómodò illam grándinem pertulisset? Sed illius præceptum gestábat in ánimo, cujus præsentiam cernébat in cælo; & ad eum flagrantíssimo amore suspensus, carnem quantocius relínquere, & ad ipsum cupiébat advolare: nec mortem jam timébat, quia Christum, quem pro se occísium sciébat, viventem vidébat; ac per hoc festinábat étiam ipse mori pro illo, ut viveret cum illo. Quid énim viderit beatíssimus Martyr in illo agone constitútus, recólitis sine dúbio verba ejus, quæ de Actuum Apostolorum libro solétis audire. Ecce, inquit, vídeo cælos apertos, & Christum stantem à dextris Dei. Jesum stantem vidébat: ídeò stabat, & non cadébat; quia stans fursùm & deorsùm certantem désuper spectans, invictas militi suo vires, ne caderet, suggerébat.

Lectio v.

Eia fratres, sequámur Stéphanum: si enim séquimur eum, coronábitur. Máximè autem sequendus & imitandus est



nobis in dilectione inimicorum. Nostis enim quia frequentium inimicorum congregatione circumdatus, cum crebris hinc & illinc saxorum ictibus tunderetur, placidus & intrépidus, mitis & lenis inter lapides à quibus occidebatur, intuens illum pro quo occidebatur, non ait, Domine, júdica óbitum meum; sed, Accipe spíritum meum. Non ait, Domine Jesu, vindica servum tuum quem vides isto supplicio mortis additum; sed, Ne státuas illis hoc peccátum. Persistens ergò beatíssimus Martyr in testimonió veritátis, & caritátis ardens spírítu, sicut nostis, pervénit ad gloriosíssimum finem; & qui vocátus usquè ad finem perseverávit, in fine quod vocabátur adeptus est, sui nóminis glóriá Stéphanus perductus est ad coronam.

*Lectio vj.*

Quando ergò beátus Stéphanus pro Christo primus sánguinem fudit, quasi coróna processit de cælo; ut eam súmerent sequentes in præmio, qui præcedentis virtútem imitarentur in prælio. Impleverunt póstmodum terram crebra martyria. Quicumque póstea sánguinem pro Christi confessióne fuderunt, imposuerunt coronam illam capiti suo, & eam secutúris

íntegram servaverunt. Et modò, fratres, de cælo pendet; quisquis eam concupierit, ad eam velóci ter volábit. Et ut sanctitátem vestram breviter atque evidenter hortémur, multis non opus est verbis: sequátur Stéphanum, quicumque desíderat coronam.

*IN III. NOCTURNO.*

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

*Lectio vij. Cap. 6.*

**I**n illo tempore; Jesus dicebat: Vobis dico, qui auditis: Diligite inimicos vestros; benefacite his qui oderunt vos. Benedicite maledicentibus vobis, & orate pro calumniantibus vos. Et reliqua.

Homília sancti Augustíni Epíscopi.

*Serm. 317. de Steph. Mart.*

**D**ominus noster inter præcepta magna & salúbria, divína & altíssima quæ dedit discipulis suis, hoc videtur homínibus grave, quòd iussit ut diligant inimicos suos. Grave præceptum, sed grande præmium. Déniquè cum hoc moneret, videte quid dixerit: Diligite inimicos vestros, benefacite his qui vos oderunt, & orate pro persecúentibus vos. Audisti opus; expecta mercédem, & vide quid addat: Ut sitis, inquit, filii Patris vestri qui in cælis est, qui solem suum facit oriri super

bonos & malos, & pluit super justos & injustos. Hoc videmus, hoc negare non possumus. Numquid dictum est nubibus, Pluete super agros cultorum meorum? Numquid dictum est soli, Videant te qui me colunt, non te videant qui mihi maledicunt?

*Lectio viij.*

**S**catent fontes, agri pinguescunt, arbores fructibus onerantur. Habent ista boni, habent & mali; habent grati, habent ingrati. Qui prestat tanta bonis & malis, putamus nihil seruat bonis? Hoc dat bonis & malis, quod dedit & lapidatoribus Stephani: hoc verò seruat bonis, quod dedit Stephano. Sed homines pigri ad preceptum, auidi ad premium, qui non diligunt inimicos suos, sed de illis se vindicare affectant, nec attendunt Dominum, qui si vellet se vindicare de inimicis suis, non remaneret qui laudaret eum; quando audiunt locum istum Evangelii, quo Dominus in cruce dixit, Pater, ignosce illis, quia nesciunt, quid faciunt; dicunt sibi: Ipse hoc potuit, tanquam Filius Dei, tanquam unicus Patris. Caro enim pendebat, sed Deus intus latebat. Nos autem quid fumus, qui ista faciamus?

*Lectio ix.*

**F**efellit qui iussit? Absit: non fefellit. Si multum ad te putas imitari Dominum tuum; adtende Stephanum conseruum tuum. Dominus Christus, unicus Dei Filius: numquid hoc Stephanus? Dominus Christus, de incorrupta virgine natus: numquid hoc Stephanus? Dominus Christus venit, non in carne peccati, sed in similitudine carnis peccati: numquid hoc Stephanus? Sic natus est ut tu; inde natus est, unde & tu; ab eo renatus est, a quo & tu; eo pretio redemptus, quo & tu; tanti valet, quanti vales. Ipsum adtende, conseruum adtende.

*Non fit hodie Commem. de Virgine Deipara.*

*AD HORAS, Dioxol. ut supra.*

*AD PRIM. V. br. Qui fideli usque ad mortem\* das coronam vitæ. Apoc. 2.*

*IN MISSA, Evangelium ex Feria quarta intra Hebdomadam xxj. post Pentecosten.*

*AD II. VESPERAS.*

*Ant. B*Eati, qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum cælorum. *Matth. 5.*

*Ant. 6. Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei. Act. 14.*

*Ant. 4. d. Nemo moveatur*

in tribulationibus istis; ipsi enim scitis quod in hoc positi sumus. *1. Theff. 3.*

*Ant. 2.* Si exprobramini in nomine Christi, beati eritis; quoniam quod est honoris, gloriæ & virtutis Dei, & qui est ejus Spiritus, super vos requiescit. *1. Petr. 4.*

*Ant. 1. D.* Beatus vir qui suffert tentationem, quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ, quam repromisit Deus diligentibus se. *Jacob. 1.*

*Capitulum (omisso V. Alleluatico) Hymnus, &c. ut in Die. Fit Commemor. S. Basilii, & deinde S. Genovesæ.*

*AD COMPLETOR. Añæ ut in Die. Hymnus, Virgo. ut à Circumcis. ad Septuag.*

*DIE III. fit Offic. S. de Basilio, cum ix. Lect. & Com. S. Genovesæ.*

**DIE XXVII. DECEMBRIS.**

In Festo

**SANCTI JOANNIS,**  
Apostoli & Evangelistæ.

*Pridie AD VESP. Antiph. & Psalmi, ut in ij. Vesp. Nat. Domini; & loco Capituli, &c. de S. Stephano, dicuntur sequentia de S. Joanne.*

*Capitulum. II. 45.*  
**H**Æc dicit Dominus:  
Dabo tibi thesauros

absconditos, & arcana secretorum; ut scias quia ego Dominus, qui voco nomen tuum, Deus Israël.

*R.* Eruditus es in juventute tua, & \* Implētus es quasi flumen sapiētiā, & † Dilectus es in pace tua. *V.* Enutritus verbis fidei, & bonæ doctrinæ quam affecutus es, \* Implētus es. *Glória Patri. † Dilectus es. Reper. R.* Eruditus es. *usquē ad V. Eccli. 47. 1. Tim. 4.*

*Hymnus, Sit qui ritè canat. ut in Breviario, ad ij. Vesperas.*

*V.* Ecce tu, Domine, veritatem dilexisti: *R.* Incerta & occulta sapiētiæ tuæ manifestasti mihi. *Pf. 50.*

*Ad Magnificat.*

*Ant. 7. d. duplicanda.* Honorabilis factus es in oculis meis, & gloriōsus: ego dilexi te, noli timere. *Is. 43.*

*Oratio ut ad Laudes.*

*Fit Commem. de S. Stephano, & postea de Nat. Domini.*

*AD COMPLETOR. Pff. & Capit. de Feria: reliqua ut infra post ij. Vesp.*

**AD OFFICIUM NOCT.**

*Omnia ut in Breviario, servato ritu Annuali in RR. & exceptis sequentibus.*

*Psalmi ut in Communē Apostolorum.*



## IN I. NOCTURNO.

Incipit Epístola prima  
beáti Joannis Apóstoli.

## Leñtio j. Cap. 1.

**Q**uod vidimus óculis  
nostris, quod perspé-  
ximus, & manus nostræ  
contrectavérunt de Verbo  
vitæ; & vita manifestáta  
est, & vidimus & testá-  
mur, & annuntiámus vo-  
bis vitam æternam, quæ  
erat apud Patrem, & ap-  
páruit nobis. Quod vidimus  
& audívimus, annuntiámus  
vobis, ut & vos societátem  
habeátis nobiscum, & so-  
cietas nostra sit cum Patre,  
& cum Filio ejus Jesu  
Christo.

## Leñtio ij. Cap. 2.

**F**ilioli mei, hæc scribo  
vobis, ut non peccétis.  
Sed & si quis peccáverit,  
advocátum habémus apud  
Patrem, Jesum Christum  
justum. Et ipse est propi-  
tiatio pro peccátis nostris:  
non pro nostris autem tan-  
tùm, sed etiam pro totius  
mundi. Et in hoc scimus  
quóniam cognóvimus eum,  
si mandáta ejus observémus.  
Qui dicit se nosse eum &  
mandáta ejus non custódit,  
mendax est, & in hoc  
véritas non est. Qui autem  
servat verbum ejus, verè  
in hoc caritas Dei perfecta  
est: & in hoc scimus quó-  
niam in ipso sumus. Qui  
dicit se in ipso manere,  
debet, sicut ille ambulávit,  
& ipse ambuláre.

## Leñtio iij.

**C**aríssimi, non mandá-  
tum novum scribo vo-  
bis, sed mandátum verus,  
quod habuistis ab initio.  
Mandátum vetus est ver-  
bum quod audistis. Ite-  
rum mandátum novum  
scribo vobis, quod verum  
est & in ipso & in vobis:  
quia ténebræ transiérunt,  
& verum lumen jam lucet.  
Qui dicit se in luce esse, &  
fratrem suum odit, in té-  
nebris est usque adhuc.  
Qui diligit fratrem suum,  
in lumine manet, & scán-  
dalum in eo non est. Qui  
autem odit fratrem suum,  
in ténebris est, & in té-  
nebris ámbulat, & nescit  
quod eat; quia ténebræ ob-  
cæcavérunt óculos ejus.  
Scribo vobis, filioli, quó-  
niam remittuntur vobis  
peccáta propter nomen  
ejus.

AD LAUD. & HORAS, Pss.  
de Dominica. Doxol. Hor.  
Uni sit. in Com. Apost.

## IN II. VESPERIS.

Ut in Breviario; sed post  
Capitulum, additur:

Allelúia, allelúia.  $\Psi$ . In  
fide sua probátus est Pro-  
phéta, & cónitus est in  
verbis suis fidélis; quia  
vidit Deum lucis. Allelúia.

Commemorationes ut in  
Breviario.

## AD COMPLETORIUM.

Pss. & Capit. de Dominica.

Ant. 4. E. Sicut erudit  
filiium suum homo, sic  
Dóminus

Dóminus Deus tuus erudit te. Deut. 8.

Hymnus, Mundi salus. ut in Nat. Domini.

Ad Nunc dimittis.

Ant. 6. C. Sciéntia, intelligentia, & sapiéntia ampliôres inventæ sunt in te. Dan. 5.

DOMINICA

INTRA OCTAVAM.

Modo non impediatur, fit Offic. ut notatur pro Dom. intrà Oct. Patroni.

IN III. NOCTURNO.

Lectio sancti Evangelii secundum Joannem.

Lectio vij. Cap. 21.

**I**n illo tempore; Dixit Jesus Petro: Séquere me. Conversus Petrus, vidit illum discipulum quem diligebat Jesus, sequentem. Et reliqua.

Homilia sancti Joannis Chrysostomi.

Homil. 27. in Joan.

**C**um magna Christus Petro communicasset, orbis terrarum curam demandasset, martyrium prædixisset, & majorem erga eum dilectionem testatus esset: cum vellent Petrus Joannem socium & collegam, inquit: Hic autem quid? Numquid eandem viam aggredietur? Et quemadmodum in cenâ interrogare non ausus, Joannem sufficit: ita nunc vicem reddit, arbitratus eum velle, sed non audere de se sciscitari. Tum Chris-

tus: Si eum volo manere donec veniam, quid ad te?

Lectio viij.

**N**am cum nimiam id caritate diceret Petrus, nec ab eo dividi vellet, ostendens Christus, quod quantavis eum dilectione prosequeretur, suam affequi non posset; inquit: Si eum volo manere, quid ad te? his verbis nos erudiens, neque dolendum, neque curiosius præter divinam voluntatem investigandum. Nam cum Petrus semper in hujusmodi interrogationes ferventius profleret, iterum ejus fervorem retundens, quod non sit ulterius inquirendum in hunc modum respondit.

Lectio ix. de Homil. in Ev. Dominicæ.

DIE III. JANUARIJ.

Octava

SANCTI JOANNIS, Apostoli & Evangelistæ.

Omnia ut in Die, dempto ritu Solemni, & exceptis quæ sequuntur. Psalmi de Feria in toto Officio.

Pridie in Diac. Tolos. Vesp. de die Oct. S. Steph. à Capir. de die Octava S. Joannis, ut supra in I. Vesp. Festi cum Commem. St. Stephani.

In aliis Diocessibus, Vesp. de die Octava S. Joannis, ut sequitur.

E

## IN I. VESPERIS.

*Ant.* Qui diligit cordis munditiam, propter gratiam labiorum suorum, habebit amicum Regem. *Prov.* 22.

*Ant.* 2. Immortalitas est in cognatione sapientiae, & in amicitia illius delectatio bona. *Sap.* 8.

*Ant.* 1. g. Amicos Dei & prophetas constituit: diligit Deus eum qui cum sapientia inhabitat. *Sap.* 7.

*Ant.* 3. a. Denudabit absconsa sua illi, & thesaurizabit super illum scientiam & intellectum justitiae. *Eccli.* 4.

*Ant.* 5. a. Elevabitur aquila, & in arduis ponet nidum suum: de longè oculi ejus prospicient. *Job.* 39.

*Capitulum, &c. ut supr. in j. Vesp. Festi. Extrà Diac. Tolos. fit Commem. S. Basilii, & Sanctæ Genovesæ.*

*AD COMPLETOR. Ant. de die, Hymnus Virgo. ut in Dominicis à Circumcis. ad Septuag.*

*IN I. NOCT. Lectiones de Script. ex hac die 3. facta divisione ad asteriscum [\*] secundæ.*

## IN II. NOCTURNO.

Ex libro sancti Augustini Episcopi de consensu Evangelistarum.

*Lectio iv. L. 1. C. 4.*

**T**res primi Evangelistæ in his rebus maxime

diversati sunt, quas Christus per humanam carnem corporaliter gessit. Porro autem Joannes ipsam maxime divinitatem Domini, quâ Patri est equalis, intendit; eamque præcipue suo Evangelio, quantum inter homines sufficere credidit, commendare curavit. Itaque longè à tribus istis superius fertur: ita ut hos videas quodammodo in terra cum Christo homine conversari; illum autem transcendisse nebulam quâ tegitur omnis terra; & pervenisse ad liquidum cœlum, unde acie mentis acutissimâ atque firmissimâ videret in principio Verbum Deum apud Deum, per quem facta sunt omnia; tanquam qui de pectore ipsius Domini, super quod discumbere in ejus convivio solitus erat, fecerunt divinitatis ejus uberius & quodammodo familiarius biberit.

Ex Tractatu ejusdem sancti Augustini in Joannem.

*Lectio v. Tract. 36.*

**I**N quatuor Evangeliiis, vel potius quatuor libris unius Evangelii, sanctus Joannes Apóstolus, non immeritò secundum intelligentiam spiritalem aquilæ comparatus, altiùs multoque sublimiùs aliis tribus erexit prædicationem suam: & in ejus erectione etiam corda nostra erigi voluit.



Nam ceteri tres Evangelistæ tanquam cum homine Domino in terrâ ambulabant, de divinitate ejus pauca dixerunt: istum autem quasi piguerit in terrâ ambulare, sicut ipso exordio sui sermonis intonuit, erexit se non solum super terram & super omnem ambitum aeris & cœli, sed super omnem etiam exercitum Angelorum, omnemque constitutionem invisibilem potestatum, & pervenit ad eum per quem facta sunt omnia, dicendo: In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum.

*Lectio vj.*

**H**ic tantæ sublimitati principii etiam cetera congrua prædicavit, & de Domini divinitate, quomodo nullus alius, est locutus. Hoc eructabat quod biberat. Non enim sine causâ de illo in isto ipso Evangelio narratur, quia & in convivio super pectus Domini discumbebat. De illo ergo pectore in secreto bibebat; sed quod in secreto bibit, in manifesto eructavit, ut perveniat ad omnes gentes non solum incarnatio Filii Dei, & passio & resurrectio; sed etiam quid erat ante incarnationem, unicus Patri, Verbum Patris, coæternus generanti, æqualis ei à quo missus est.

**IN III. NOCTURNO.**  
Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.

*Lectio vij. Cap. 20.*

**I**n illo tempore; Accessit ad Jesum mater filiorum Zebedæi, cum filiis suis, adorans, & petens aliquid ab eo. Et reliqua.  
Homilia Sancti Gregorii Papæ.

*Homil. 35. in Evang.*

**Q**uia duo sunt martyrii genera, unum in occulto opere, aliud in publico, testatur Veritas, quæ Zebedæi filios requirit, dicens: Potestis habere calicem quem ego bibiturus sum? cui cum protinus responderent, Possumus; illic Dominus respondit, dicens: Calicem quidem meum bibetis. Quid enim per calicem, nisi dolorem passionis accipimus? de quo aliàs dicit: Pater, si fieri potest, transeat à me calix iste. Et Zebedæi filii, id est, Jacobus & Joannes, non uterque per martyrium occubuit, & tamen quod uterque calicem biberet, audivit. Joannes namque nequaquàm per martyrium vitam finivit, sed tamen Martyr extitit; quia passionem, quam non suscepit in corpore, servavit in mente. Et nos ergo hoc exemplo, sine ferro esse possumus Martyres, si pa-

E ij

rientiam veraciter in animo  
custodimus.

*Lectio viij.*

*In Diac. Tolos. dividitur  
ad asterisc. \**

**S**ervate ergo, fratres,  
in mente patientiam,  
eamque cum res exigit,  
exercete in operatione.  
Nullum vestrum ad odium  
proximi contumeliosa ver-  
ba commoveant, nulla  
periturarum rerum damna  
perturbent. Si enim fixa  
mente mansura damna per-  
timescitis, damna rerum  
transeuntium gravia non  
putatis: si aeternae retribu-  
tionis gloriam conspiciatis,  
& de temporali injuria non  
doleatis. \* Tolerate ergo ad-  
versarios vestros, sed ut  
fratres diligite, quos to-  
leratis. Aeterna praemia pro  
damnis temporalibus qua-  
rite. Nec quisquam ves-  
trum suis se viribus hanc  
implere posse confidat: sed  
obtinere precibus, ut ipse  
hanc qui imperat, praestet.  
Et scimus quia petentes li-  
benter audit, quando hoc  
petitur largiri quod jubet.

*Extra Diac. Tolos. Lectio  
ix. de S. Genovesa.*

*AD HORAS, Doxolog.*

Jesu, Joanni virgini  
Matrem relinquens virgi-  
nem,

Jugis tibi sit gloria,  
Cum Patre cumque Spiritu.  
Amen.

*AD PRIMAM, V. br. Qui  
Ecclesiae tuae \* Apostolos &  
Evangelistas dedisti. Eph. 4.*

*IN MISSA, Evang. ut in  
Festo S. Jacobi, Ap. die 25.  
Julii.*

**IN II. VESPERIS.**

*Ant. 1. f. D*ilectus a Domino  
Deo suo, Propheta  
Domini, exaltavit vocem  
suam in prophetia. *Eccl. 48.*

*Ant. 2.* Spiritu magno  
vidit ultima, & usque in  
sempiternum ostendit futu-  
ra & abscondita. *Eccl. 48.*

*Ant. 8. G.* Dominus erat  
cum eo; & cognovit uni-  
versus Israel quod fidelis  
Propheta esset Domini. *1.  
Reg. 3.*

*Ant. 4. A.* Doctrinam  
sapientiae & disciplinae  
scripsit; renovavit sapien-  
tiam de corde suo. *Eccl. 50.*

*Ant. 6.* Beatus qui in istis  
versatur bonis: qui ponit  
illa in corde suo, sapiens  
erit semper. *Eccl. 50.*

*Capitulum (omisso V.  
Alleluatico) Hymnus, &c.  
ut in die. In Diac. Tolos.  
fit Comm. S. Basilii (cujus  
Fest. transfertur in diem  
seq.) & deinde S. Geno-  
vesa.*

**COMPLETOR.** ut heri.

## C O M M U N E

## F E S T O R U M

## BEATÆ MARIÆ VIRGINIS.

¶ Si aliquod Festum B. Mariæ Virginis, quod in Calendario non reperitur, alicubi de consensu D. D. Archiepiscopi vel Episcopi ritu Solemni celebretur, Officium fit ut sequitur.

## IN I. VESPERIS.

*Psalmi de Feria.*

*Ant.* **E**Xultabimus, & 7. d. **E**latâbimur in te, ò pulcherrima inter mulieres. *Cant. 1.*

*Ant. 1.* D. Ecce tu pulchra es, amica mea, ecce tu pulchra es, oculi tui columbârum. *Cant. 1.*

*Ant. 6.* Favus distillans labia tua, sponsa, mel & lac sub linguâ tuâ. *Cantic. 4.*

*Ant. 5. a.* Odor unguentorum tuorum super omnia aromata, & odor vestimentorum tuorum sicut odor thuris. *Cant. 4.*

*Ant. 4.* E. Tota pulchra es, amica mea, & macula non est in te. *Cant. 4.*

CAPITULUM. *Cant. 6.*

**Q**uæ est ista quæ progreditur quasi aurora confurgens, pulchra ut luna, electa ut sol, terribilis ut

castrorum acies ordinata?

**R.** Quàm pulcri sunt gressus tui, filia Principis! \* Quàm pulchra es, & quàm decora, charissima, in deliciis! **ÿ.** Ave, grâtia plena, Dominus tecum. \* Quàm pulchri. Glória Patri. *Resumitur R.* Quàm pulcri. usque ad **ÿ.** *Cant. 7. Luc. 1.*

H Y M N U S.

**A**ve, maris stella,  
Dei mater alma,  
Atque semper virgo,  
Felix cœli porta.

Sumens illud Ave  
Gabrielis ore;

Funda nos in pace,  
Mutans Evæ nomen.

Solve vincla reis,  
Profer lumen cæcis,

Mala nostra pelle,  
Bona cuncta posce.

Monstra te esse matrem;  
Sumat per te preces,

Qui pro nobis natus  
Tulit esse tuus.

E iij



Virgo finguláris ,  
Inter omnes mitis ,  
Nos culpis folútos ,  
Mites fac & caflos.

Vitam præfta puram ,  
Iter para tutum ;  
Ut videntes Jefum ,  
Semper collatémur.

Sit laus tibi , Chrifte ,  
Cujus Virgo parens :  
Laus par fit & Patri ,  
Sit par tibi , Flamen.

Amen.

ÿ. Concupifcet rex de-  
córém tuum , R. Quóniam  
ipfe eft Dóminus Deus tuus.  
*Pfal. 44.*

*Ad Magnificat.*

*Ant. 5. C. duplic. Gau-  
dens gaudébo in Dómino ,  
& exultábit ánima mea in  
Deo meo : quia induit me  
veftiméntis falútis , quafi  
fponfam ornátam monili-  
bus fuis. If. 61.*

*Oratio , ut infrà ad  
Laudes.*

*AD COMPLETOR. Pff.  
& Capit. de Feria : cetera  
ut infrà post II. Vesperas.*

AD OFFICIUM

NOCTURNUM.

*Invitator. Jefum de Ma-  
riá natum , \* Veníte , ado-  
rémus. Matth. 1.*

*Pfal. 94. Veníte. 2.*

H Y M N U S .

**N**obis Deum quæ pár-  
turis ,

O Virgo , matrum máxi-  
ma ,

Preces tibi quas fúndi-  
mus ,

Offer benigna Fílio.

Novi fimul tu foederis ,  
Et orbis arca náufragi ,  
Columbã pacis núnctia ,  
Et pacis obfes mitteris.  
Quo vivis , à te súsci-  
pit

Vitam , Creátor ómnium ;  
Immenfus in te cláuditur :  
De te fit Æternus , caro.

Tuis tenétur légibus ,  
Mundi tremendus Légifer ;  
A te puer lac mútuat ,  
Qui dat cibum quo páfce-  
ris.

Cœlum ferentem sústi-  
nes ,  
Greffus Tonantis témpo-  
ras ;

Suóque stantem Númine ,  
Loco fitúque dímoves.

Qui natus es de Vírgine ,  
Jefu , tibi fit glória ;

Cum Patre , cumque Spí-  
ritu ,

In fempitérna fécula.

Amen.

IN I. NOCTURNO.

*Pf. Dómine Dóminus  
nofter. Fer. II. ad Primam.*

*Ant. 3. a. Quæ est ifta ,  
quæ ascendit de deférto ,  
deliciis áffluens , inníxa fu-  
per diléctum fuum ? Cant.  
8.*

*Pf. Cœli enarrant. cum  
fua divis. Fer. III. ad Offic.  
Noct.*

*Ant. 3. a. Dóminus cón-  
tulit ei fplendórem , ut in  
comparábili decóre óm-  
nium óculis appareret. Ju-  
dith. 10.*

*Pf. Eructávit. Sabb. ad  
Tert.*

*Ant. 8. G.* Vidérunt eam filia, & beatíffimam prædicavérunt; Reginæ, & laudavérunt eam. *Cant. 6.*

*Ÿ.* Delectavérunt te filia regum, *R.* In honóre tuo. *Pf. 44.*

De Cánticis Canticórum.

*Leñtio j. Cap. 4.*

**T**Ota pulchra es, amíca mea, & mácula non est in te. Veni de Líbano, sponfa mea, veni de Líbano, veni, coronáberis; de cápite Amana, de vértice Sanir & Hermon, de cubílibus leónum, de móntibus pardórum. Vulnerásti cor meum, soror mea sponfa, vulnerásti cor meum in uno oculórum tuórum, & in uno crine colli tui.

*R.* Benedícta es tu, filia, à Dómino Deo excélfó, \* Præ ómnibus muliéribus super terram. *Ÿ.* Invenífti grátiam apud Deum, \* Præ. *Judith. 13. Luc. 1.*

*Leñtio ij.*

**F**Avus diftillans lábia tua, sponfa, mel & lac sub lingua tua: & odor vestimentórum tuórum ficut odor thuris. Hortus conclúfus soror mea sponfa, hortus conclúfus fons signátus. Emissiónes tuæ paradífus malórum punicórum cum pomórum frúctibus. Cypri cum nardo. Nardús & crocus, fíftula & cinnamómum cum univérfis lignis Líbani, myrrha & aloë cum ómnibus primis

unguéntis. Fons hortórum: púteus aquárum vivéntium, quæ fluunt ímpetu de Líbano.

*R.* Benedícta tu à Deo tuo; \* Quóniam in omni gente quæ audíerit nomen tuum, magnificábitur super te Deus Israhél. *Ÿ.* Benedícta tu in muliéribus, & beáta quæ credidífti; \* Quóniam. *Judith. 13. Luc. 1.*

*Leñtio iij. Cap. 6.*

**U**Na est colúmba mea, perfecta mea, una est matris suæ, elécta genitríci suæ. Vidérunt eam filia, & beatíffimam prædicavérunt: reginæ & concubínæ, & laudavérunt eam. Quæ est ifta, quæ progréditur quasi auróra consúrgens, pulchra ut luna, elécta ut sol, terríbilis ut castrórum ácies ordináta? Descénda in hortum meum, ut vidérem poma convállium, & inspícerem fi floruíffet vínea, & germináffent poma púnica. Nescívi: ánima mea conturbávit me propter quadrígas Aminadab. Revértere, revértere, Sulamítis: revértere, revértere, ut intueámur te.

*R.* Benedíxit te Dóminus in virtúte suâ, quia \* Per te ad nihilum redégit inimícos nostros. *Ÿ.* Fecit poténtiam in bráchio suo, dispérfit superbos mente cordis fui: \* Per te. Glória Patri. *Repetitur*

E iv

R. Benedixit. usque ad *Y*.  
Judith. 13. Luc. 1.

IN II. NOCTURNO.

*Pf.* Deus noster refugium. Sabb. ad Sext.

*Ant.* 4. A. Cessaverunt fortes, & quieverunt, donec surgeret mater in Israël. Judith. 5.

*Pf.* Magnus Dominus. Sabb. ad Sext.

*Ant.* 2. Ubi venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum factum ex muliere. Gal. 4.

*Pf.* Benedixisti, Domine. Fer. III. ad Laudes.

*Ant.* 7. c. De Maria natus est Jesus qui vocatur Christus. Matth. 1.

*Y*. Elegit eam Dominus R. In habitationem sibi. Psal. 131.

Sermo Sancti Bernardi Abbatis.

Lectio iv.

De Assumpt. B. M. V. n. 8.

Sileat misericordiam tuam, Virgo beata, si quis est, qui invocatum te in necessitatibus suis sibi memnerit defuisse. Nos quidem servuli tui ceteris in virtutibus congaudemus tibi, sed in hac potius nobis ipsis laudamus virginitatem, humilitatem miramur: sed misericordia miseris sapit dulcius, misericordiam amplectimur carius, recordamur sapius, crebrius invocamus. Hæc est enim quæ totius mundi reparationem obtinuit, salutem

omnium impetravit. Confat enim pro universo genere humano fuisse sollicitam, cui dictum est: Ne timeas, Maria, invenisti gratiam, utique quam quærebas. Quis ergo misericordiam tuam, ô Benedicte, longitudinem, & latitudinem, sublimitatem & profundum queat investigare? Nam longitudo ejus usque in diem novissimum invocantibus eam subvenit universis. Latitudo ejus replet orbem terrarum, ut tuam quoque misericordiam plena sit omnis terra. Sic & sublimitas ejus civitatis supernæ invenit restaurationem, & profundum ejus sedentibus in tenebris & in umbrâ mortis obtinuit redemptionem. Per te enim cælum repletum, inférnus evacuatus est, instauratæ ruinæ cœlestis Jerúsalem, expectantibus miseris vita perdata data.

R. Magnificat anima mea Dominum, & exultavit spiritus meus in Deo salutari meo; \* Quia respexit humilitatem ancillæ suæ. *Y*. Anima mea exultabit in Domino, & delectabitur super salutari suo; \* Quia. Luc. 1. *Pf.* 34.

Lectio v.

De 12. Prærog.

Quid ad Mariam accedere trepidat humana fragilitas? Nihil austerum in eâ, nihil terribile: totâ



firavis est, omnibus offerens lac & lanam. Revolve diligentius Evangelicæ historiæ seriem universam; & si quid fortè increpatorium, si quid durum, si quid denique signum vel tenuis indignationis occurrerit in Mariâ, de cetero suspectam habeas, & accedere verearis. Quod, si (ut verè sunt) plena magis omnia pietatis & gratiæ, plena mansuetudinis & misericordiæ, quæ ad eam pertinent inveneris; age gratias ei, qui talem tibi mediatricem benignissimâ miseratione providit, in qua nihil possit esse suspectam. Deniquè omnibus omnia facta est, sapientibus & insipientibus copiosissimâ caritate debitricem se fecit. Omnibus misericordiæ sinum aperit, ut de plenitudine ejus accipiant universi, captivus redemptionem, ager curationem, tristis consolationem, peccator veniam, justus gratiam, Angelus lætitiâ, deniquè tota Trinitas gloriâ; Filii persona carnis humanæ substantiam: ut non sit qui se abscondat à calore ejus.

R. Beâtam me dicent omnes generationes, quia \* Fecit mihi magna qui potens est, & sanctum nomen ejus. V. Venite, audite, & narrabo, omnes qui timetis Deum, quanta

fecit animæ meæ. \* Fecit. Luc. 1. Ps. 64.

Lectio vj.

De aquæ ductu.

Totis ergò medullis cordium, totis præcordiorum affectibus & votis omnibus Mariam veneremur, quia sic est voluntas ejus, qui totum nos habere voluit per Mariam. Hæc, inquam, voluntas ejus est; sed pro nobis, in omnibus siquidem, & per omnia providens miseris, trepidationem nostram solatur, fidem excitat, ipem roborat, diffidentiam abigit, erigit pusillanimitatem. Ad Patrem verebaris accedere, Jesum tibi dedit mediatorem: hunc tibi fratrem Mariâ dedit. Sed forsitan & in ipso majestate in vereare divinam, quod licet factus sit homo, manserit tamen Deus. Advocatum habere vis & ad ipsum? Ad Mariam recurre. Pura siquidem humanitas in Mariâ, non modo pura ab omni contaminatione, sed & pura singularitate naturæ. Nec dubius dixerim, exaudietur & ipsa pro reverentiâ suâ: exaudiet utique matrem Filius, & exaudiet Filium Pater. Filioli, hæc peccatorum scala, hæc mea máxima fiducia est, hæc tota ratio spei meæ.

R. Laudate Dóminum Deum nostrum, qui nos

deseruit sperantes in se; \*  
 Et † In me ancillâ suâ  
 adimplévit misericórdiam  
 suam, quam promissit dó-  
 mui Israël. *Ÿ.* Suscépit Is-  
 raël puerum suum, recor-  
 datus misericórdiæ suæ;  
 sicut locutus est ad patres  
 nostros; \* Et in me. Gló-  
 ria Patri. *Repetitur R.*  
 Laudáte. usque ad *Ÿ.* *Ju-  
 dith.* 13. *Luc.* 1.

## IN III. NOCTURNO.

*Pf.* Fundamenta. *Sabb.*  
*ad Sext.*

*Ant.* 6. Adamávit eam  
 Rex, hábuitque grátiam  
 & misericórdiam coram  
 eo, fecitque eam regnâre.  
*Esth.* 2.

*Pf.* Dóminus regnávit,  
 exulter. *Fer.* III. *ad Laud.*

*Ant.* 7. d. Pósitus est  
 thronus matri Regis, quæ  
 sedit ad dextram ejus; &  
 dixit ei Rex: Pete mater  
 mea, neque enim fas est  
 ut avértam faciém tuam.  
*3. Reg.* 2.

*Pf.* Cantáte.... quia. *Fer.*  
 II. *ad Sext.*

*Ant.* 5. a. Tu eris super  
 domum meam, & ad tui  
 oris impérium cunctus pó-  
 pulus obédiet; ecce conf-  
 rítui te super univérsam  
 terram. *Gen.* 41.

*Ÿ.* Magna est glória ejus  
*R.* In salutári tuo, Dó-  
 mine. *Pf.* 20.

Lectio sancti Evangelii  
 secundum Lucam.

*Lectio vij.* Cap. 11.

**I**N illo tempore; Loquén-  
 te Jesu ad turbas, ex-  
 tollens vocem quædam mú-  
 lier de turbâ dixit illi: Beá-  
 tus venter qui te portávit.  
 Et reliqua.

Homília Sancti Augustíni  
 Epíscopi.

*Libr. de S. Virginitate.*

**B**Eátior Mariá perci-  
 piendo fidem Christi,  
 quam concipiendo car-  
 nem Christi. Nam & di-  
 centi cuidam, Beátus  
 venter qui te portávit,  
 ipse respondit: Immò beáti  
 qui áudiunt verbum Dei  
 & custódiunt. Dénique frá-  
 tribus ejus, id est, secun-  
 dum carnem cognátis, qui  
 non in eam crediderunt,  
 quid prófuit illa cognátio?  
 Sic & materna propínqui-  
 tas nihil Mariæ profuisset,  
 nisi felicius Christum cor-  
 de quam carne gestáset.

*R.* Misericórdia Dómini  
 à progénie in progénies tim-  
 méntibus eum. \* Depósuit  
 poténtes de sede, & exal-  
 távit húmiles. *Ÿ.* Deus exal-  
 távit me, sicut in presen-  
 tiárum cernitis, ut salvos  
 fáceret multos pópulos.  
 \* Depósuit. *Luc.* 1. *Ge-  
 nes.* 50.

*Lectio viij.*

**I**PSA quoque virginitas  
 ejus íded grátior & ac-  
 céptior, quia non eam  
 concéptus Christus viro

violaturo quam confer-  
varet, ipsa præripuit;  
sed priusquam conciperetur,  
jam Deo dicatam de  
quâ nasceretur elegit. Hoc  
indicant verba quæ sibi  
fœtum annuntiãnti Angelo  
María reddidit. Quómo-  
dò, inquit, fiet istud, quón-  
iam virum non cognos-  
co? Quod profecto non di-  
ceret, nisi Deo virginem  
se ante vovisset.

R. En óculi vestri vi-  
dent univérſam glóriam  
meam: \* Veníte ad me,  
& ego dabo vobis ómnia  
bona, properáte quantó-  
cius venientes. V. Esurién-  
tes implévit bonis, & dí-  
vites dimísit inanes: \* Ve-  
níte. *Gen. 45. Luc. 1.*

*Lectio ix.*

**P**Oterat & jubéri virgo  
permanère, in quâ Dei  
Fílius formam servi congru-  
enti miraculo accíperet:  
sed exémplo sanctis  
futúra virginibus, ne pu-  
tarétur sola virgo esse de-  
buísse, quæ prolem étiam  
sine concúbitu concípere  
meruísset, virginiratem  
Deo dicávit, cum adhuc  
quid esset conceptúra nes-  
círret, ut in terréno mor-  
talique corpore cœlestis vi-  
tæ imitátio voto fieret,  
non præcepto; amóre eli-  
géndi, non necessitáte ser-  
viéndi.

R. Testis mihi est Deus,  
quómo modo cúpíam omnes  
vos in viscéribus Jesu Chris-

ti; \* Et hoc oro, ut carí-  
tas vestra magis ac magis  
abúndet in sciétiã, & in  
omni sensu. V. Non vobis  
solis ego hoc fœdus fêrio,  
& hæc juraménta confir-  
mo, sed cunctis præſenti-  
bus & abséntibus; \* Et hoc  
oro. Glória. *Repetitur R.  
Testis. usquè ad V. Phil.  
1. Deut. 29.*

Te Deum.

V. Sacerd. Magnificáte  
Dóminum mecum, R. Et  
exaltémus nomen ejus in  
idípsum. *Pf. 33.*

A D L A U D E S.

*Psalmi de Dominica.*

Ant. **D**ixit ad eam Rex:  
4. d. Quid vis, regína?  
quid petis ut detur tibi? &  
pro quâ re póſtulas? *Esth. 5.*

Ant. 2. Illa respón-  
dit: Si invéni grátiam in  
óculis tuis, ó Rex, & si  
tibi placet, dona mihi pó-  
pulum meum, pro quo ób-  
secro. *Esth. 7.*

Ant. 3. a. Fílii mei sunt;  
benedícat Deus púeris ís-  
tis, & invocétur super eos  
nomen meum. *Genes. 48.*

Ant. 6. Si peccáverint  
tibi.

CANTICUM. *Judith. 13.*

**A**períte portas, quón-  
iam nobíscum est  
Deus, \* qui fecit virtútem  
in Israél.

Laudáte Dóminum Deū  
nostrum, \* qui non desé-  
ruit sperántes in se:

Et in me ancillã suã  
adimplévit misericórdiam

E vj



suam, \* quam promissit dó-  
muni Israël :

Et interfecit in manu  
meâ \* hostem pópuli sui.

Confitémini illi, omnes,  
quóniam bonus, \* quón-  
iam in séculum misericór-  
dia ejus.

*Ant.* Si peccáverint tibi,  
& conversi égerint pœni-  
téntiam in toto corde suo,  
dimittas pópulo tuo quam-  
vis peccatóri. 2. *Paral.* 6.

*Ant.* 5. a. Rex dedit Re-  
gínæ ómnia quæ vóluit,  
& petívit ab eo. 8. *Reg.* 10.

CAPITULUM. *Judith.* 18.

**B**enedíctus Dóminus,  
quia-hódiè nomen tuum  
ita magnificávit, ut non  
recédât laus tua de ore hó-  
minum, qui mémores fúe-  
rint virtútis Dómini in  
æternum.

H Y M N U S.

**O** Quæ polo sublírior,  
Regína cœli dícis,  
Nos è supernis sédibus,  
María, clemens áspice.

Christus sibi quos éligit  
Fratres, adopta filios;  
Et matris in nos víscera,  
Mitesque vultus índue.

Quid à Deo non óbtines  
Supplex tuum per Fílium,  
Quem virgináli víctimam  
Offers placentem dexterá :

Confísa tanto pignori,  
Ama favére nóxiis,  
A te dato quos sáanguine  
Tuus redémít Fílius.

Fac, Virgo, nostris  
cástitas

Intacta regnet córdibus :

Vitæque puræ críminum,  
Sit mors beáta términus.

Qui natus es de Vírgine  
Jesu, tibi sit glória,  
Cum Patre, cumque Spí-  
ritu,

In sempitérna fécula.

Amen.

Ÿ. Vultum tuum depre-  
cabuntur R. Omnes dívites  
plebis. *Pf.* 44.

*Ad Benedictus.*

*Ant.* 6. *duplic.* Tu glória  
Jerúsalem, tu lætítia Is-  
raël, tu honorificéntia  
pópuli nostri. *Judith.* 15.

O R A T I O.

**D**eus, qui beatíssimam  
Maríam genitrícem  
tuam nobis matrem esse  
voluísti; in hac, quæsumus,  
Solemnitáte concède, ut  
tam piæ matris digni filii  
semper inveniamur, & ejus  
potenti patrocínio júgiter  
muniámur; Qui vivis &  
regnas.

A D H O R A S.

*Doxologia.*

Qui natus es de Vírgine,  
*Psalmi de Dominica.*

A D P R I M A M

*Ant.* 4. d. Dixit ad eam  
Rex.

*In R. br. Ÿ.* Qui natus  
es \* de Maríá Vírgine.  
*Matth.* 1.

C A N O N.

Ex Concílio Constantinopo-  
litáno secúndo, œcuménico.  
*Ann.* 553. *Coll.* 8. *Can.* 6.

**S**i quis sanctam glorió-  
sam semperque vírgi-  
nem Maríam, non própriè

& verè Dei genitricem confitètur; eò quòd ipse, qui ante sècula ex Patre natus est Deus Verbum, in últimis dièbus ex ipsà incarnatus & natus est: talis anathèma sit.

## AD TERTIAM.

Ant. 2. Illa respòndit.

CAPITULUM. Deut. 9.

**D**ominum suppliciter deprecábar; & orans dixi: Dómine Deus, ne dispèrdas pópulum tuum, & hæreditatem tuam quam redemísti in magnitudine tuâ.

R. br. Quanta audívimus, & cognóvimus ea! \* Allelúia, allelúia. Quanta. Y. Patres nostri narravérunt nobis, \* Allelúia. Glória. Quanta.

Y. Filii qui nascentur & exúrgent, R. Narrábunt filiis suis. Ps. 77.

## AD SEXTAM.

Ant. 3. a. Filii mei sunt.

CAPITULUM. Baruch. 4.

**A**nima quióres estóte, filii; clamáte ad Dóminum, & erípiet vos de manu príncipum inimicórum: ego enim sperávi in æternum salutem vestram; & venit mihi gáudium à Sancto super misericórdia quæ véniet vobis ab æterno salutári nostro.

R. br. O Dómine, ego servus tuus, \* Allelúia, allelúia. O Dómine. Y. Ego servus tuus, & filius ancillæ tuæ, \* Allelúia. Glória. O Dómine. Ps. 115.

Y. Salvum fac filium ancillæ tuæ; R. Fac mecum signum in bonum. Ps. 85.

## AD NONAM.

Ant. 5. a. Rex dedit.

CAPITULUM. Isai. 66.

**H**ec dicit Dóminus: Ecce ego declinábo super eam quasi flúvium pacis, & quasi torrèntem inundántem glóriam gentium quam sugétis: ad úbera portabímmini, ... quómodo si cui mater blandiátur.

R. br. Flúminis ímpetus lætificat civitatem Dei, \* Allelúia, allelúia. Flúminis. Y. Sanctificávit tabernáculum suum altíssimus, \* Allelúia. Glória. Flúminis. Ps. 45.

Y. Astitit Regina à dextris tuis, Deus, in vestítu deauráto, R. Circúmdata varietate. Ps. 44.

## AD II. VESPERAS.

Psalmi de Officio parvo.

Ant. **D**ominare nostrí tu, & filius tuus, quia liberásti nos de máibus inimicórum. Jud. 8.

Ant. 5. C. Consúrge sicut in dièbus antíquis: nunquid non tu percusísti superbum, vulnerásti draconem? Is. 51.

Ant. 3. E. Cur moriémur te vidènte? Nos & terra nostra tui érimus: salus nostra in manu tua est. Gen. 47.

Ant. 2. Peccávimus Dómino: ne cesses pro no-

bis clamare ad Dominum  
Deum nostrum, ut salvet  
nos. 1. Reg. 7.

*Ant.* 4. E. Ne retrahas  
manus tuas ab auxilio fer-  
vorum tuorum; cito libera  
nos, ferque presidium.  
*Jos.* 10.

CAPITULUM. 1. Reg. 12.

**A**blit a me, ut cessem  
orare pro vobis, &  
docebo vos viam bonam &  
rectam. Igitur timeate Do-  
minum, & servite ei in  
veritate, & ex toto corde  
vestro

Alleluia, alleluia. *Ps.*  
Majorem non habeo gra-  
tiam, quam ut audiam fi-  
lios meos in veritate am-  
bulare. Alleluia. 3. *Joan.*

*Hymnus*, Ave, maris  
stella. *ut in l. Vesp.*

*Ps.* Diffusa est gratia in  
labiis tuis: *R.* Propterea

benedixit te Deus in aeter-  
num. *Pf.* 44.

*Ad Magnificat.*

*Ant.* 7. G. *duplic.* Ma-  
ledicti erunt qui contemp-  
ferint te: tu autem laeta-  
beris in filiis tuis, quo-  
niam omnes benedicentur,  
& congregabuntur ad Do-  
minum. Beati omnes qui  
diligunt te. *Tob.* 13.

*Oratio*, ut supra ad  
*Laudes.*

AD COMPLETORIUM.

*Ant.* 8. c. Ora pro no-  
bis, & Dominus sit tecum  
in ultionem inimicorum  
nostrorum. *Judith.* 8.

*Hymnus*, Virgineis titu-  
lis. *in Off. B. M. in Sabb.*

*Ad Nunc dimittis.*

*Ant.* 2. Invoca Domi-  
num, & loquere Regi  
pro nobis, & libera nos  
de morte. *Esth.* 15.





# COMMUNE

## PATRONORUM.

DIE FESTO

PRO APOSTOLO.

IN I. NOCTURNO.

*Pf.* Cœli enarrant, integer, *Fer. iij. ad Off. Noct.*

*Pf.* Deus, auribus nostris, integer, *Fer. vj. ad Primam.* *Pf.* Eructavit. *Sabbato ad Tert.*

De Epistola prima beati Pauli Apóstoli ad Corinthios.

*Lectio j. Cap. 4.*

**S**ic nos existimet homo ut ministros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei. Hic jam queritur inter dispensatores, ut fidelis quis inveniatur. Mihi autem pro minimo est ut à vobis iudicer, aut ab humano die: sed neque meipsum iudico. Nihil enim mihi conscius sum; sed non in hoc justificatus sum: qui autem iudicat me, Dominus est. Itaque nolite ante tempus iudicare, quoadusque veniat Dominus, qui & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium; & tunc laus erit unicuique à Deo.

*Lectio ij.*

**H**æc autem, fratres, transfiguravi in me & Appollo, propter vos; ut in nobis discatis, ne supra quam scriptum est, unus adversus alterum inflatur pro alio. Quis enim te discernit? Quid autem habes quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris quasi non acciperis? Jam saturati estis, jam divites facti estis: sine nobis regnatis; & utinam regnetis, ut & nos vobiscum regnemus! Puto enim quod Deus nos Apóstolos novissimos ostendit tanquam morti destinatos; quia spectaculum facti sumus mundo, & Angelis, & hominibus.

*Lectio iij.*

**N**os stulti propter Christum, vos autem prudentes in Christo: nos infirmi, vos autem fortes: vos nobiles, nos autem ignobiles. Usque in hanc horam & esurimus, & sitimus, & nudi sumus, &

cólaphis cædimur, & instábiles sumus, & laborámus operantes má nibus nostris. Maledícimur, & benedícimus : persecutió nem pátimur, & sustinémus : blasphemámur, & obsecrámus : tanquam purgamenta hujus mundi facti sumus, ómnium peripsé ma usque adhuc. Non ut confundam vos, hæc scribo ; sed ut filios meos caríssimos moneo. Nam si decem míllia pædagogórum habeáris in Christo, sed non multos patres : nam in Christo Jesu per Evangélium ego vos genui.

IN II. NOCTURNO.

*Pf.* Omnes gentes. *Fer. ij. ad Sextam.* *Pf.* Exáudi Deus, oratió nem. *Sabb. ad Off. Noct.* *Pf.* Confitébimur. *ibidem.*

IN III. NOCTURNO.

*Pf.* Fundamenta. *Sabbato ad Sextam.* *Pf.* Cantáte Dómino. . . . cantáte. *Fer. ij. ad Tert.* *Pf.* Dóminus regnávít, irascantur. *Fer. ij. ad Sext.*

DOMINICA INTRA OCTAVAM.

IN III. NOCTURNO.

Lectio sancti Evangélii secundum Lucam.

Lectio viij. Cap. 6.

**I**N illo tẽpore ; Exiit Jesus in montem orare,

AD LAUDES.

CANTICUM. *Is. 52.*

**Q**Uam pulchri super montes pedes annuntiantis & prædicantis pacem, \* annuntiantis bonum !

Prædicantis salutem, \* dicentis Sion : Regnabit Deus tuus.

Vox speculatorum tuorum : \* levaverunt vocem, simul laudabunt :

Quia óculo ad óculum videbunt, \* cum converterit Dóminus Sion.

Gaudete & laudate simul, deserta Jerúsalem ; \* quia consolátus est Dóminus populum suum, redemit Jerúsalem.

Parávit Dóminus brá chium sanctum suum, \* in óculis ómnium gentium :

Et videbunt omnes fines terræ, \* salutáre Dei nostri.

*AD VESP. Psalmi.* Dixit. è *Dom.* Laudáte pteri. *ibid.* Crédidi. è *Vesp. Fer. v.* In convertendo. è *Vesp. Fer. ij.* Dómine, probasti me. *integer, è Vesp. Fer. vj.*

& erat pernoctans in oratione Dei : & cum dies factus esset, vocávit discipulos suos, & elegit duodecim ex ipsis, quos & Apóstolos nominávit. Et reliqua.

Homilia sancti Augustini  
Episcopi.

In Psal. 65.

**D**ixit Apóstolus : Videte vocatióem vestram, fratres ; quia non multi sapientes secundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles : sed stulta mundi elégit Deus, ut confundat sapientes ; & infirma mundi elégit Deus, ut confundat fortia ; & ignobilia mundi elégit Deus, & ea quæ non sunt, tanquam quæ sunt, ut ea quæ sunt evacuentur. Quid voluit dicere ? quid voluit ostendere ? Descendit Dóminus noster Jesus Christus reparare genus humanum, & dare gratiam suam omnibus intelligentibus ; quia gratia illius est, non mérita illórum : & ne quælibet persona gloriaretur, in carne infirmos elégit. Unde non est electus etiam ille Nathánael. Quid enim tibi videtur, ut publicanum in telonio sedentem eligeret Matthæum, & non eligeret Nathánael, cui perhibuit testimónium ipse Dóminus, dicens :

Ecce verè Israelita, in quo dolus non est ? Intelligitur ergò iste Nathánael doctus fuisse in lege. Non quia doctos non erat electurus ; sed si ipsos primos elegeret, doctrinæ suæ mérito se electos putarent, ita illórum sciéntia laudaretur, & laus Christi gratiæ minueretur.

Leção viij.

**E**légit Dóminus postea & oratores ; sed illi superbirent, si non prius eligeret piscatores. Elégit divites ; sed dicerent mérito divitiarum suarum se electos esse, nisi primò elegeret pauperes. Elégit & Imperatores postea ; sed melius est ut Romam cum venerit Imperator, depósito diademate, ploret ad memoriám Piscatoris, quam ut Piscator ploret ad memoriám Imperatoris. Infirma enim mundi elégit Deus, ut confundat fortia ; & ignobilia mundi elégit, & ea quæ non sunt, tanquam quæ sunt, ut ea quæ sunt evacuentur.

Leção ix. de Homilia in Evangelium Dominicæ.

## D I E O C T A V A.

IN III. NOCTURNO.

Leção sancti Evangelii secundum Lucam.

Leção vij. Cap. 6.

**I**n illo tempore ; Exiit Jesus in montem orare,

& erat pernoctans in oratione Dei : & cum dies factus esset, vocavit discipulos suos, & elégit duodecim ex ipsis, quos & Apóstolos nominavit. Et reliqua.



Homília sancti Hierónymi  
Presbyteri.

Comm. in Matth. Cap. 10.

L. 1.

**B**ENIGNUS & clemens  
Dóminus ac magister  
non invidet servis atque  
discípulis virtútes suas. Et  
sicut ipse curáverat omnem  
languórem & infirmitátem,  
Apóstolis quoque suis trí-  
buit potestátem, ut curá-  
rent omnem languórem &  
omnem infirmitátem in  
plebe. Sed multa distántia  
est inter habére, & trí-  
buére; donáre, & accí-  
pere. Iste quodcumque agit,  
potestáte Dómini agit: illi  
si quid faciunt, imbecilli-  
tátem suam, & virtútem  
Dómini confitentur, di-  
centes: In nómine Jesu  
surge & ámbula.

*Lectio viij.*

**D**UODECIM autem Apof-  
tolórum nómina sunt  
hæc. Ordinem Apostoló-  
rum & méritum uniuscu-  
jusque illíus fuit distribú-  
ere, qui cordis arcána rimá-  
tur. Primus scríbitur Si-  
mon cognomento Petrus,  
ad distinctiónem altérius  
Simónis qui appellátur Ca-  
nanæus de vico Cana Ga-  
lilææ, ubi aquam Dómi-  
nus vertit in vinum. Jacó-  
bum quoque appellat Ze-  
bedæi; quia & álius séqui-  
tur Jacóbus Alphæi. Et  
Apostolórum pária júga-  
que consóciat. Jungit Pe-  
trum & Andréam fratres,

non tám carne quàm spí-  
ritu; Jacóbum & Joan-  
nem, qui patrem córporis  
relinquentes verum patrem  
secúti sunt; Philippum &  
Bartholomæum, Thomam  
quoque & Matthæum pu-  
blicánum. Céteri Evange-  
listæ in conjunctióne nó-  
minum primum ponunt  
Matthæum, & póstea Tho-  
mam; nec publicáni no-  
men adscríbunt, ne anti-  
quæ conversatiónis recor-  
dantes suggilláre Evange-  
listam viderentur. Ipse verò  
& post Thomam se ponit,  
& publicánum appellat;  
ut ubi abundávit iniquitas,  
superabundet & grátia.

*Lectio ix.*

**H**OS duodecim misit Je-  
sus, præcipiens eis:  
In viam géntium ne abié-  
ritis, & in civitátes Sama-  
ritanórum non intravéritis;  
sed pótius ite ad oves quæ  
periérunt domús Israël.  
Non est contrárius locus  
iste ei præcepto quod pó-  
stea dicitur: Euntes, do-  
cete omnes gentes, bap-  
tizantes eos in nómine Pa-  
tris, & Filii, & Spíritus  
sancti; quia hoc ante resur-  
rectiónem, illud post re-  
surrectiónem præceptum  
est. Et oportébat primum  
adventum Christi nuntiáre  
Judæis, ne justam habérent  
excusatiónem, dicentes,  
ídem se Dóminum rejecisse,  
quia ad gentes & Samaritá-  
nos miserit. Juxta tropo-

lógiam verò præcipitur nobis, qui Christi censémur nómine, ne in via géntium & hæreticórum ambulé-

mus erróre; ut quorum religio separáta est, separétur & vita.

## D I E F E S T O

## P R O U N O M A R T Y R E .

## IN I. NOCTURNO.

## Leñtio ij.

*Pf.* Dómine, quid multiplicáti sunt. è *I. Noct.*  
*Dom. Pf.* Usquequò, Dómine. *Fer. iij. ad Complet.*  
*Pf.* Exaudi, Dómine. *integer. è Laud. Sabbati.*

De Epístola secunda beáti Pauli Apóstoli ad Corínthios.

## Leñtio j. Cap. 4.

**D**Eus qui dixit de ténébris lucem splendescere, ipse illúxit in córdibus nostris, ad illuminationem sciéntiæ claritátis Dei, in fácie Christi Jesu. Habémus autem thesaurum istum in vasis fictílibus; ut sublimitas sit virtútis Dei, & non ex nobis. In ómnibus tribulatióne pátimur, sed non angustiámur: aporiámur, sed non destituimur: persecutióne pátimur, sed non derelinquimur: desícimur, sed non perímus; semper mortificatióne Jesu in corpore nostro circumferentes, ut & vita Jesu manifestétur in corpóribus nostris.

**S**emper enim nos qui vivimus, in mortem tradimur propter Jesum; ut & vita Jesu manifestétur in carne nostra mortáli. Ergò mors in nobis operátur, vita autem in vobis. Habentes autem eundem spíritum fidei, sicut scriptum est: Crédidi, propter quod locútus sum; & nos crédimus propter quod & loquimur: sciéntes quóniam qui suscitávit Jesum, & nos cum Jesu suscitábit, & constituet vobiscum. Omnia enim propter vos; ut gátia abundans, per multos in gratiárum actiúne abundet in glóriam Dei. Propter quod non deficimus: sed licèt is qui, foris est, noster homo corrupátur; tamen is qui intus est, renovátur de die in diem.

## Leñtio iij.

**I**D enim quod in præsentí est momentáneum & leve tribulatióne nostræ, supra modum in sublimitáte æternum glóriæ pondus

operatur in nobis ; non contemplantibus nobis quæ videntur, sed quæ non videntur. Quæ enim videntur, temporalia sunt ; quæ autem non videntur, æterna sunt. Scimus enim, quoniam si terrestris domus nostra hujus habitacionis dissolvatur, quod ædificacionem ex Deo habemus, domum non manufactam, æternam in coelis. Nam & in hoc ingemiscimus, habitacionem nostram quæ de cælo est superindui cupientes ; si tamen vestiti, non nudi inveniamur. Nam & qui sumus in hoc tabernaculo, ingemiscimus gravati, eò quod nolumus expoliari, sed supervestiri ; ut absorbeatur quod mortale est, à vita.

*IN II. NOCTURNO.*

*Pf. Domine, in virtute tua. Fer. iv. ad Sextam. Pf. Miserere mei .... quoniam. Fer. vj. ad Complet. Pf. Nonne Deo subiecta. Sabb. ad Off. Noct.*

Sermo sancti Augustini Episcopi.

*Serm. 311. in nat. S. Cypriani Mart.*

*Lectio iv.*

**I**stum nobis festum diem passio beatissimi Martyris fecit, cujus nos victoriæ celebritas in istum locum devotissimos congregavit. Sed celebratio solemnitatis Martyrum imitatio debet esse virtutum. Facile

est honorem Martyris celebrare ; magnum est fidem atque patientiam Martyris imitari. Hoc sic agamus, ut illud optemus : hoc sic celebremus, ut illud potius diligamus. Quid laudamus in fide Martyris ? Quia usque ad mortem pro veritate certavit, & ideo vicit. Blandientem mundum contempsit, sævienti non cessit ; ideo victor ad Deum accessit.

*Lectio v.*

**A**bandant in isto seculo errores & terrores : beatissimus Martyr errores sapientiæ, terrores patientiæ superavit. Magnum est quod fecit : secutus Agnum, leonem vicit. Quando persecutor sæviebat, leo fremebat ; sed quia Agnus sursum attendebatur, leo deorsum calcabatur. Cogitate, fratres, quale fuit mitti homines per orbem terrarum prædicare hominem mortuum resurrexisse, in cælum ascendisse, & pro ista prædicatione perpeti omnia quæ insaniens mundus inferret, damna, exilia, vincula, tormenta, flammæ, bestias, cruces, mortes.

*Lectio vj.*

**A**lius moriebatur, ut alius honoraretur ; alius occidebatur, ut alius coleretur. Numquid hoc facerent, nisi flagrantiam caritatis de conscientia veri-



tátis? Prædicaverunt mortuum quem sciébant vivum. Sciébant pro qua vita contemnerent vitam: sciébant pro qua felicitate ferrent transitoriam infelicitatem, pro quibus præmiis ista damna contemnerent. Fides eorum cum toto mundo non appenderetur. Audierant: Quid prodest homini, si totum mundum lucrétur, animæ autem suæ detrimentum patiatur?

*IN III. NOCTURNO.*

*Pf. Exaudi, Deus, orationem. Sabb. ad Off. Noct. Pf. Deus, in adiutorium. Fer. iij. ad Nonam. Pf. Inclina, Domine. integer. Sabb. ad Complet.*

Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.

*Lectio vij. Cap. 10.*

**I**N illo tempore; Dixit Iesus discipulis suis: Non est discipulus super magistrum, nec servus super dominum suum. Et reliqua.

Homilia sancti Cypriani Episcopi & Martyris.

*Epist. 56. quæ est de exhort. ad martyrium ad Thibaritanos.*

**G**Audere nos in persecutionibus voluit Dominus; quia tunc dantur coronæ fidei, tunc probantur milites Dei, tunc Martyribus patent cæli. Neque enim sic nomen militiæ dedimus, ut pacem tantum modo cogitare, & recu-

sare militiam debeamus, quando in ipsa militia primus ambulaverit Dominus, humilitatis & tolerantia & passionis magister; ut quod fieri docuit, prior faceret; & quod pati hortatur, prior pro nobis ipse pateretur. Sit ante oculos, fratres dilectissimi, quod qui omne iudicium à Patre solus accepit, & qui venturus est & iudicaturus, jam iudicii sui & cognitionis futuræ sententiam protulerit, prænuntians & contestans confessurum se coram Patre suo confitentes, & negaturum negantes.

*Longe post præd. Lectio viij.*

**N**Eque aliquis persecutionis metu sic terreatur, ut non evangélicis exhortationibus & præceptis, ac monitis cælestibus, ad omnia inveniatur armatus. Irascitur adversarius & minatur, sed est qui possit de ejus manibus liberare. Ille metuendus est, cujus iram nemo potest evadere, ipso præmonente & dicente: Ne timéritis eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere; magis autem metuite eum qui potest & corpus & animam occidere in gehennam. Et iterum: Qui amat animam suam, perdet illam; & qui odit animam suam in isto sæculo, in vitam æternam conservabit illam. Ecce agon sublimis

& magnus, & coronæ  
cœlestis præmio gloriósus.  
Præliantes nos spectat  
Deus, spectant Angeli ejus,  
spectat & Christus. Quanta  
est glóriæ dignitas, quanta  
felicitas, præfente Deo  
cóngredi, & Christo iudice  
coronári!

*Leçtio ix.*

**A**Rmémur víribus totis,  
& parémur ad agónem  
mente incorruptâ, fide ín-  
tegrâ, virtúte devótâ. Ar-  
mat nos Apóstolus, di-  
cens: Indúite arma Dei,  
ut poscitis resistere in die  
nequíssimo. Induámus lorí-  
cam justítiæ, ut contra  
inimíci jácula munitum sit  
pectus & tutum. Calceáti  
sint evangélico magistério,  
& armáti pedes, ut cùm  
serpens calcári à nobis cœ-  
perit, mordere & supplan-  
tare non possit. Portémus  
scutum fidei, quo prote-  
gente, quidquid jaculátur  
inimicus possit extingui.  
Accipiámus ad tegumentum  
cápitis gáleam salutárem,  
ut muniántur aures, ne  
áudiant edicta ferália. Mu-  
niantur óculi, ne vídeant  
detestanda simulácra: mu-  
niátur frons, ut signum  
Dei incólume servétur:  
muniátur os, ut Dóminum  
suum Christum víctrix lin-

gua fateátur. Armémus &  
dexteram gládio spiritali,  
ut sacrificia funesta forti-  
ter respuat, & Eucharístiæ  
memor, quæ Dómini cor-  
pus accépit, ipsum com-  
plectátur, pósteà à Dó-  
mino sumptúra præmium  
cœlestium coronárum.

AD LAUDES.

CANTICUM. *Eccli. 51.*  
**C**onfitebor tibi, Dó-  
mine rex, \* & collau-  
dábo te Deum salvatórem  
meum.

Confitebor nómini tuo: \*  
quóniam adjutor & protec-  
tor factus es mihi;

Et liberaisti corpus meum  
à perditione, à láqueo lin-  
guæ iniquæ, & à lábiis ope-  
rántium mendácium, \* &  
in conspectu astántium fac-  
tus es mihi adjutor;

Et liberaisti me secundum  
multitudinem misericór-  
diæ nóminis tui \* à rugiën-  
tibus præparátis ad eticam,

De mánibus quæréntium  
ánimam meam, \* & de  
portis tribulatiónum quæ  
circumdedérunt me.

ADVESPÉRAS. *Psalmi,*  
Dixit. è *Dom.* Beátus vir.  
*ibid.* Crédidi. è *Vesp. Fer.*  
v. Ad Dóminum. è *Vesp.*  
*Fer. iij.* Levávi. è *Vesp.*  
*Fer. ij.*

## DOMINICA INTRA OCTAVAM.

## IN III. NOCTURNO.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.

Lectio vij. Cap. 10.

**I**N illo tempore; Dixit Iesus discipulis suis: Non est discipulus super magistrum, nec servus super dominum suum. Et reliqua.

Homilia sancti Augustini Episcopi.

Serm. 65. de verb. Ev.

Matth. 10.

**A**dmonent nos eloquia divina quæ lecta sunt, timendo non timere, & non timendo timere. Martyres sancti propter quorum solemnitatem hoc ex Evangelio recitatum est, timendo non timuerunt, quia Deum timendo homines contempserunt. Quid enim est unde alterum terreat homo hominem? Dicat ergo fortissimus Martyr, stans homo ante hominem: Non timeo, quia timeo. Tu quod minaris, si Deus nolit, non facis: quod autem ille minatur, ut faciat à nullo impeditur. Deinde tu quod minaris, etsi permitteris, quid facis? Usque ad carnem sævis; anima tuta est, non occides quod non vides; visibilis visibilem terres: habemus ambo invisibilem Creatorem, quem

simul timere debeamus; qui hominem ipsum ex visibili & invisibili creavit: visibilem de terra fecit, invisibilem flatu suo animavit.

Lectio viij.

**S**ubstantia ergo invisibilis, hoc est, anima quæ jacentem terram erexit de terra, non timet, cum percutis terram. Potes ferire habitaculum; numquid habitatorem? Fugit percussio vinculo colligatus, & erit in occulto coronatus. Quid ergo minaris, qui animæ nihil facere potes? Per meritum ejus cui facere nihil potes, resurget cui facere aliquid potes. Per meritum enim animæ resurget & caro; & habitatori reddetur, jam non ruitura, sed mansura. Ecce, verba Martyris dico: Nec propter ipsam carnem meam timeo comminantem: caro mea subjacet potestati; sed etiam capilli capitis numerati sunt Creatori. Quid timeo ne carnem perdam, qui nec capillum perdo? quomodo non attendit carnem meam, cui sic nota sunt vilia mea? Ipsum corpus quod percuti & occidi potest, ad tempus cinis erit, in æternum immortalis erit. Sed cui hoc? Cui reddetur



corpus ad vitam æternam  
 etiã occisum, peremp-  
 tum, dissipatum? Cui red-  
 datur? Ei qui non tímuit  
 pónere ánimam suam, cùm

non timet ne occidatur  
 caro sua.

*Leção ix. de Homilia in  
 Evangelium Dominicæ.*

D I E O C T A V A.

*IN III. NOCTURNO.*

Leção sancti Evangelii se-  
 cundùm Matthæum.

*Leção vij. Cap. 16.*

**I**N illo tempore; Dixit  
 Jesus discipulis suis:  
 Si quis vult post me venire,  
 abneget semetipsum, &  
 tollat crucem suam, & se-  
 quatur me. Qui enim vo-  
 luerit ánimam suam sal-  
 vam facere, perdet eam.  
 Et reliqua.

Homilia sancti Augustini  
 Episcopi.

*Serm. 131. in Nat. Marty-  
 rum.*

**I**LLa Evangelicã tubã,  
 quando ait Dóminus,  
 Qui amat ánimam suam,  
 perdet illam; & qui perdí-  
 derit illam propter me, in-  
 veniet eam, accensi sunt  
 Mártyres, & vicérunt;  
 quia non de se, sed de Dó-  
 mino præsumpserunt. Duó-  
 bus modis intélligi potest  
 quod dictum est, Qui amat  
 ánimam suam, perdet il-  
 lam. Si amas illa n, per-  
 dis eam. Et alio modo:  
 Noli amare, ne perdas.  
 Prior modus istum habet  
 sensum: Si amas, perde  
 illam. Hic femina illam,  
 & in cœlo metes illam.

Agrícola si non triticum  
 perdidit in semine, non  
 amat in messe. Alius mo-  
 dus sic habet: Noli amare  
 illam, ne perdas illam. Vi-  
 dentur sibi amare ánimas  
 suas, qui timent mori.  
 Ánimas suas Mártyres si sic  
 amassent, procul dubio per-  
 didissent. Quid enim pro-  
 desset tenere ánimam in  
 hac vita, & perdere in fu-  
 túra?

*Leção viij.*

**S**Ed quia Christum non  
 negaverunt, transie-  
 runt de hoc mundo ad Pa-  
 trem. Quasiérunt Chris-  
 tum, confitendo tenuerunt;  
 moriendo magno lu-  
 cro perdidérunt ánimas  
 suas sœnum perdentes, co-  
 rónam promerentes, & vi-  
 tam sine fine tenentes. Fit  
 denique, imò factum est  
 in eis quod Dóminus sub-  
 sequenter adjunxit: Et qui  
 perdiderit ánimam suam  
 propter me, inveniet eam.  
 Qui perdiderit, inquit,  
 propter me; tota causa  
 ibi est. Qui perdiderit, non  
 quomodocumque, non quã-  
 liber causã, sed propter  
 me. Illi enim in prophetia  
 jam dixerunt Mártyres:  
 Propter

Propter te martificamur tota die. Propterea Martyrem non facit poena, sed causa.

*Lectio ix.*

**Q**uando Dominus passus est, tres cruces causa discretevit. Inter duos latrones crucifixus erat. Si poena interrogaretur, similis erat Christus latronibus. Sed si interrogat quis crucem: Quare crucifixus est Christus? respondet nobis: Propter vos. Dicant ergo illi & Martyres: Et nos mortui sumus propter te. Ipse propter nos, nos autem propter illum: sed

ipse propter nos, ut conferret nobis beneficium; nos autem propter illum, non ad impertiendum illi beneficium. Proinde nobis in utroque consultum est. Et quod manat ex illo, venit ad nos; & quod fit propter illum, redit ad nos. Ipse est enim de quo dicit anima quae latatur in Domino: Dixi Domino, Deus meus es tu; quoniam bonorum meorum non eges. Quid est enim bonorum meorum, nisi a te datorum? Et quomodo eget aliquo bono, a quo datur omne bonum?

D I E F E S T O

PRO PLURIBUS MARTYRIBUS.

*IN I. NOCTURNO.*

*Pf. Verba mea. Fer. iv. ad Laudes. Pf. Beati quorum remissae sunt. Fer. iij. ad Complet. Pf. Exultate, iusti. integer. Fer. v. ad Laudes.*

De Epistola beati Pauli Apostoli ad Romanos.

*Lectio j. Cap. 8.*

**F**ratres; Debitores sumus non carni, ut secundum carnem vivamus. Si enim secundum carnem vixeritis, moriemini; si autem spiritu facta carnis mortificaveritis, vivetis. Quicumque enim Spiritu

Dei aguntur, ii sunt filii Dei. Non enim accepistis spiritum servitutis iterum in timore; sed accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus: Abba, Pater. Ipse enim Spiritus testimonium reddit spiritui nostro, quod sumus filii Dei. Si autem filii, & haeredes: haeredes quidem Dei, cohaeredes autem Christi; si tamen compatimur, ut & conglorificemur. Existimo enim quod non sunt condignae passionnes huius temporis ad futuram gloriam quae revelat.

bitur in nobis. Nam expectatio creaturæ revelationem filiorum Dei expectat.

*Lectio ij.*

**S**imus autem quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, iis qui secundum propositum vocati sunt sancti. Nam quos præscivit, & prædestinavit conformes fieri imaginis Filii sui, ut sit ipse primogenitus in multis fratribus. Quos autem prædestinavit, hos & vocavit: & quos vocavit, hos & justificavit; quos autem justificavit, illos & glorificavit. Quid ergo dicemus ad hæc? Si Deus pro nobis, quis contra nos? Qui etiam proprio Filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum: quomodo non etiam cum illo omnia nobis donavit? Quis accusabit adversus electos Dei? Deus qui justificat, quis est qui condemnet? Christus Jesus, qui mortuus est, imò qui & resurrexit, qui est ad dexteram Dei, qui etiam interpellat pro nobis.

*Lectio iij.*

**Q**uis ergo nos separabit à caritate Christi? Tribulatio, an angustia, an fames, an nuditas, an periculum, an persecutio, an gladius? Sicut scriptum est: Quia propter te mortificamur tota die, æstimati sumus sicut oves oc-

cisionis. Sed in his omnibus superamus propter eum qui dilexiss nos. Certus sum enim quia neque mors, neque vita, neque angeli, neque principatus, neque virtutes, neque instantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit nos separare à caritate Dei, quæ est in Christo Jesu Domino nostro.

*IN II. NOCTURNO.*

*Pf. Benedicam. integer, Fer. v. ad Sextam. Pf. Deus noster refugium. Sabb. ad Sextam. Pf. Exaudi, Deus, deprecationem. Fer. vj. ad Off. Noct.*

Sermo sancti Augustini Episcopi.

*Serm. 335. in Nat. Mart.*

*Lectio iv.*

**Q**uoniam dies sanctorum Martyrum est, unde potius aliquid delectet nos dicere, nisi de gloria ipsorum? Adjuvet nos Dominus Martyrum. Audivimus paulò antè beatum Paulum Apostolum prædicantem: Quis nos separabit à caritate Christi? Ista vox est Martyrum. Tribulatio, an angustia, an persecutio, an fames, an nuditas, an periculum, an gladius? sicut scriptum est: Propter te morte afficimur tota die, deputati sumus ut oves occisionis; sed in his omnibus superamus



mus per eum qui diléxit nos. Hæc est vox Mátyrum, ómnia toleráre, & de se nihil præsumere : illum diligere qui glorificá- tur in suis ; ut qui gloriá- tur, in Dómino gloriétur.

## Lectio v.

**N**overant & illud quod nos cantávimus paulò antè : Lætámini in Dómino, & exultáte, justí. Si justí in Dómino lætantur, injustí non novérunt lætári nisi in sæculo. Sed ipsa est prima ácies debellanda. Primò vincendæ sunt delectatiónes, & pósteà dolóres. Quómodo potest superáre mundum sævientem, qui non potest superáre blandientem ? Blandítur hic mundus pollicendo honóres, divítias, voluptátes : minátur hic mundus intentando dolóres, egestátes, humilitátes. Qui non contemnit quod pollicétur, quómodo superáre potest quod minátur ?

## Lectio vi.

**H**abent delectatiónem suam divítia, quis nésciat ? Sed plus habet delectatiónis justítia. Delectáre divítiis cum justítia. Ubi autem talis articulus tentatiónis inciderit, ut duo hæc véniant in tentatió- nem, divítia & justítia ; & non possis habére utrum- que : sed si miseris manum ad divítias, necesse est ut amittas justítiam ; si misse-

ris manum ad justítiam, péreant divítia. Modò élige, modò pugna ; modò videámus, si non sine causa cantasti : Lætámini in Dó- mino, & exultáte, justí ; modò videámus si non sine causa audisti : Quis nos se- parábit à caritaté Christi ? Et quidem prætermísit óm- nia quibus blandítur mun- dus, & te voluit comme- moráre cui blandítur mun- dus. Quare ? Quia certá- mina Mátyrum pronuntiá- bat : illa útique certámi- na, ubi vicérunt persecu- tiónem, famem, sitim, egestátem, ignomíniám ; ad extrémum, timórem mortis, & hostem sævíssí- mum.

## IN III. NOCTURNO.

*Pf. Jubilá : Deo. è III. Noct. Dom. Deus venérunt gentes. Fer. iij. ad Complet. Pf. Dóminus regnávít, exultet. Fer. iij. ad Laudes. Lectio sancti Evangélii se- cundùm Lucam.*

## Lectio vij. Cap. 6.

**I**N illo témpore ; Def- cendens Jesus de monte, stetit in loco campestri ; & turba discipulórum ejus, & multitúdo copiósa plebis ab omni Judæa, & Jerúsá- lem, & marítima, & Tyri, & Sidónis. Et reliqua.

Homília sancti Ambrósi Epíscopi.

*Lib. I. Off. Cap. 15. & 16.*

**N**on potest quis præ- mium accipere, nisi

legitimè certáverit : nec est gloriósa victória, nisi ubi fuerint laboriósá certámina. Nonne injustus est, qui antè quærat præmium, quàm certámen fuerit absolúrum ? Ideòque Dóminus in Evangélio ait : Beáti qui persecutiónem patiuntur propter justítiam, quóniam ipsórum est regnum cœlórum : beáti estis, cum vobis maledicent hómines, & persequentur, & dicent omne malum adversum vos propter justítiam ; gaudéte & exultáte, quóniam merces vestra copiósá est in cœlo. Futúram, non præsentem, in cœlo, non in terra, mercédem promísit esse reddendam. Quid álibi possis quod álibi debétur ? Quid præpróperè coronam exigis, antequàm vincas ? Quid detérgere pulverem, quid requiescere cupis ? Quid epulári gestis, antequàm stádium solvátur ? Adhuc pópulus spectat, adhuc athlétæ in scámmate sunt ; & tu jam ótium petis ?

*Lectio viij.*

**S**ed forte dicas : Cur impij lætántur ? cur luxuriántur ? cur etiám ipsi non mecum labórant ? Quóniam qui non subscripserint ad coronam, non tenentur ad labórem certáminis : qui in stádium non descéndent, non se perfundunt óleo, non obliuunt

pulvere. Quos manet glória, expectat injúria. Unguentáti spectáre solent, non decertáre, non solem, æstus, pulverem, imbresque pèrpeti. Dicant ergò & ipsi athlétæ : Veníte, nobiscum laboráte. Sed respondébunt spectatóres : Nos hic ínterim de vobis judicámus ; vos autem sine nobis coronæ, si vicéritis, glóriam vindicábitis.

*Lectio ix.*

**I**sti igitur qui in delciscijs, qui in luxúria, rapinis, quæstibus, honóribus stúdia posuérunt sua, spectatóres magis sunt quàm præliatóres. Habent lucrum labóris, fructum virtútis non habent. Fovent ótium, astútiá & improbitáte ággerant divitiárum acervos ; sed exolvent, feram licèt, nequitiæ suæ pœnam. Perfectórum est coroná. Expecta ut veniat quod perfectum est, quando non per spéciem in ænigmate, sed facie ad faciém formam ipsam redoptæ veritátis possis agnóscere.

**AD LAUDES.**

**CANTICUM.** Sap. 3.

**J**ustórum animæ in manu Dei sunt, \* & non tanget illos tormentum mortis.

Visi sunt óculis insipientium mori : \* & æstimáta est afflictio éxitus illórum ;

Et quod à nobis est iter,

extermínium ; \* illi autem sunt in pace.

Et si coram homínibus tormenta passi sunt ; \* spes illórum immortalitáte plena est.

In paucis vexári , in multis benè disponentur ; \* quóniam Deus tentávit eos , & invénit illos dignos se.

Tanquam aurum in fornáce probávit illos , & quasi holocáusti hóstiam accépit eos ; \* & in tēpore erit respectus illórum.

Fulgébunt iusti , \* & tanquam scintillæ in arundineto discurrent.

Judicábunt nátiónes , & dominabuntur pópulis ; \* & regnábít Dóminus illórum in perpétuum.

AD VESP. Psalmi. Dixit. è Vesp. Dom. Crédidi. è Vesp. Fer. v. Nisi quia. è Vesp. Fer. ij. Qui confidunt. è Vesp. Fer. iv. In convertendo. è Vesp. Fer. ij.

## DOMINICA INTRA OCTAVAM.

### IN III. NOCTURNO.

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

Lectio vij. Cap. 6.  
**I**n illo tēpore ; Descendens Jesus de monte , stetit in loco campestri ; & turba discipulórum ejus , & multitúdo copiósa plebis ab omni Judæa , & Jerúsalem , & marítima , & Tyri , & Sidónis. Et réliqua.

Homília sancti Joannis Chrysóstomi.

In Matth. Hom. 15.  
**E**Rat adhuc multitúdo illa vulgáris tótaque terréna. Itaque Christus constituens ante se discipulórum chorum , ad ipsos verba facit ; ita sermónem suum tēperans , ut céteris ómnibus qui in his ádmodum rudes erant , philosophiæ doctrína non mo-

lesta esset. Quod étiam Lucas subíndicans , dicebat ipsum sermónem ad eos convertisse ; & Matthæus idípsum significans , dixit : Accesserunt ad eum discipuli ejus , & docebat eos. Ita enim céteri attentius auditúri erant , quàm si ad omnes verba direxísser. Unde ergò incipit , & quæ novi institúti fundamenta nobis ponit : Audiámus diligenter ea quæ dicuntur. Illis namque dicta sunt , & scripta sunt pro nobis ómnibus póst furúris. Idcirco conciónans quidem discipulos allóquitúr , neque tamen in illis dicta circumscribit ; sed indeterminatè beatitúdes omnes profert. Non enim dixit , Beati estis vos , si páuperes fueritis ; sed , Beati páuperes. Et certè etiamsi illis spe-



ciatim dixisset, communi-  
nia tamen consilia futura  
erant. Etenim cum dice-  
ret, Ecce ego vobiscum  
sum omnibus diebus usque  
ad consummationem seculi,  
non illos solum alloquitur,  
sed per ipsos totum orbem:  
& cum illos beatos predicat,  
persecutionem patientes,  
pulsos, & intolerabilia susti-  
nentes; non illis tantum,  
sed etiam omnibus talia  
fortiter ferentibus coronam  
nectit.

*Longè post præced.*

*Lectio viij.*

**J**AM tu præmium istis  
propositum intuerè. Mer-  
ces vestra, inquit, multa  
est in cælis. Quanquam  
non ad singulas beatitudi-  
nes cælorum regnum dari  
audias, noli animo defi-  
cere. Etiam si enim præmia  
diverso appellet nomine,  
tamen omnes ad regnum  
introducit. Nam cum di-  
cit, Lugentes consolatio-  
nem, & misericordes mi-  
sericordiam consequentur,  
& mundi corde Deum vide-  
bunt, & pacifici filii Dei

vocabuntur, nihil aliud  
per hæc omnia indicat,  
quam regnum cælorum:  
qui enim his quæ dixit  
fruentur, id consequentur  
omnino. Ne igitur merce-  
dem illam putes ad solos  
pauperes spiritu pertinere;  
sed etiam ad esurientes ius-  
titiam, ad mites & ad alios  
omnes. Ideo enim in sin-  
gulis beatitudinem appo-  
suit, ne quid sensibile ex-  
pectes. Neque enim beatus  
erit ille qui iis coronabitur,  
quæ in præfenti vita dissol-  
ventur, & umbrâ celerius  
prætercurrunt. Cum dixisset  
autem iis præsertim qui  
propter iustitiam persecu-  
tionem patiuntur, Erit  
merces vestra multa; ali-  
am subjunxit consolatio-  
nem his verbis, Sic enim  
persecuti sunt & Prophetas  
qui fuerunt ante vos. Quia  
enim venturum erat reg-  
num, & in spe repositum  
erat; hinc illis solatium  
præbet, ex societate nimi-  
rum eorum qui ante ipsos  
mala passi fuerant.

*Lectio ix. de Homilia in  
Evangelium Dominicæ.*

## D I E O C T A V A.

*IN III. NOCTURNO.*

*Lectio sancti Evangelii  
secundum Lucam.*

*Lectio vij. Cap. 21.*

**I**N illo tempore; Dixit  
Iesus discipulis suis: Cum

audieritis prælia & seditio-  
nes, nolite terreri: oportet  
primum hæc fieri; sed  
nondum statim finis. Et  
reliqua.

Homilia sancti Gregorii  
Papæ.

Homil. 35. in Evang.

**M**ors iustorum bonis in adiutorium est, malis in testimonium; ut inde perversi sine excusatione pereant, unde electi exemplum capiunt ut vivant. Sed audistis tot terroribus, turbari poterant infirmorum corda; atque ideo consolatio adiungitur, cum protinus subinfertur: Ponite ergo in cordibus vestris, non præmeditari quemadmodum respondeatis ego enim dabo vobis os & sapientiam, cui non poterunt resistere & contradicere omnes adversarii vestri. Ac si aperte membris suis infirmantibus dicat: Nolite terreri, nolite pertimescere; vos ad certamen acceditis, sed ego præior; vos verba editis, sed ego sum qui loquor.

Lectio viij. Post pauca.

**Q**uia dura sunt quæ prædicuntur de afflictione mortis, protinus consolatio subditur de gaudio resurrectionis, cum dicitur: Capillus de capite vestro non peribit. Scimus, fratres, quia caro incisa dolet, capillus incisus non dolet. Ait ergo Martyribus suis: Capillus de capite vestro non peribit; videlicet aperte dicens: Cur timetis ne pereat quod incisum dolet, quando &

illud in vobis perire non potest quod incisum non dolet? Sequitur: In patientia vestra possidebitis animas vestras. Idcirco possessio animæ in virtute patientiæ ponitur; quia radix omnium custoque virtutum patientia est. Per patientiam verò possidemus animas nostras; quia dum nobis ipsis dominari discimus, hoc ipsum incipimus possidere quod sumus.

Lectio ix.

**S**ervate ergo, fratres, si in mente patientiam; eamque, cum res exigit, exercete in operatione. Nul- lum vestrum ad odium proximi contumeliosa verba commoveant, nulla periturarum rerum damna perturbent. Si enim fixâ mente mansura damna pertimescitis, damna rerum transuentium gravia non putatis: si æternæ retributionis gloriâ conspicitis, de temporali injuria non dolétis. Tolerate ergo adversarios vestros; sed ut fratres diligite quos toleratis. Æterna præmia pro damnis temporalibus quaerite. Nec quisquam vestrum suis se viribus hæc implere posse confidat; sed obtinete precibus, ut ipse hanc qui imperat præstet. Et scimus quia petentes libenter audit, quando hoc petitur largiri quod jubet. Cum continuo pulsatur in

prece, concitè opitulatur & regnat Deus in unitate  
 in tentatione per Jesum Spiritus sancti in secula se-  
 Christum Dominum nos- culorum. Amen. Tu au-  
 trum, qui cum eo vivit tem, Domine.

## DIE FESTO

## PRO PONTIFICIBUS.

## IN I. NOCTURNO.

*Pf.* Domine Dominus  
 noster. *Fer. ij. ad Primam.*

*Pf.* Exaudi te Dominus.

*Fer. v. ad Off. Noct. Pf.*

Domine, in virtute. *Fer. iv.*

*ad Sextam.*

De Epistola prima beati  
 Pauli Apostoli ad Timotheum.

*Lectio j. Cap. 3.*

**F**idelis sermo: Si quis  
 Episcopatum desiderat,  
 bonum opus desiderat. O-  
 portet ergo Episcopum ir-  
 reprehensibilem esse, unius  
 uxoris virum, sobrium,  
 prudentem, ornatum, pu-  
 dicum, hospitalem, doc-  
 torem, non vinolentum,  
 non percussorem, sed mo-  
 destum; non litigiosum,  
 non cupidum, sed suae  
 domui bene praepositum,  
 filios habentem subditos  
 cum omni castitate. Si quis  
 autem domui suae praesse  
 nescit, quomodo Ecclesiae  
 Dei diligentiam habebit?  
 Non neophytum; ne in  
 superbiam elatus, in ju-  
 dicium incidat diaboli. O-  
 portet autem illum & testi-

monium habere bonum ab  
 iis qui foris sunt; ut non  
 in opprobrium incidat, &  
 in laqueum diaboli.

De Epistola ad Titum.

*Lectio ij. Cap. 1.*

**O**portet enim Episco-  
 pum sine crimine esse,  
 sicut Dei dispensatorem:  
 non superbum, non ira-  
 cundum, non vinolentum,  
 non percussorem, non  
 turpis lucri cupidum; sed  
 hospitalem, benignum,  
 sobrium, justum, sanc-  
 tum, continentem, am-  
 plectentem eum qui secun-  
 dum doctrinam est, fide-  
 lem sermonem; ut potens  
 sit exhortari in doctrina  
 sana, & eos qui contradi-  
 cunt arguere. Sunt enim  
 multi etiam inobedientes,  
 vaniloqui, & seductores,  
 maxime qui de circumci-  
 sione sunt, quos oportet  
 redargui; qui universas  
 domos subvertunt, docen-  
 tes quae non oportet, tur-  
 pis lucri gratia.

*Lectio iij. Cap. 2.*

**T**U autem loquere quae  
 decent sanam doctri-



nam. Senes, ut sobrii sint, pudici, prudentes, fidei in fide, in dilectione, in patientia. Anus similiter, in habitu sancto, non criminatrices, non multo vino fervientes, bene docentes, ut prudentiam doceant adolescentulas, ut viros suos ament, filios suos diligant; prudentes, castas, sobrias, domus curam habentes, benignas, subditas viris suis, ut non blasphemetur verbum Dei. Juvenes similiter hortare, ut sobrii sint. In omnibus teipsum præbe exemplum bonorum operum, in doctrina, in integritate, in gravitate, verbum sanum, irreprehensibile; ut is qui ex adverso est, vereatur, nihil habens malum dicere de nobis.

### IN II. NOCTURNO.

*Pf. Dominus regit me.*

*Fer. v. ad Sextam. Pf. Júdica me, Dómine, quóniam.*

*Fer. iij. ad Tert. Pf. Júdica me, Deus. Fer. iv. ad Tert.*

Sermo sancti Joannis Chrysóstomi.

*Hom. 10. in Epist. 1. ad Tim.*

#### Leção iv.

**S**I quis Episcopatum appetit, non principatus ac dominationis fastu, sed pro cura regiminis & caritatis affectu non improbo: bonum quippe desiderat

opus. Quippe & Moyses eandem rem appetivisse cognoscitur. Verum ille hujusmodi potentiam ambitumque dominandi nequaquam quæsit; sed eam rem ita cupivit, ut nec contumeliam audire resugeret, cum illi diceretur: Quis te constituit principem & iudicem super nos? Si quis igitur ita desiderat, desiderat bene. Episcopatus enim ex eo dicitur, quod omnes inspiciat cunctaque speculetur. Oportet igitur Episcopum irreprehensibilem esse. Hoc unico verbo genus omne virtutum expressit. Itaque qui sibi vel levis culpæ conscius est, malè profectò facit eam rem appetens, quæ indignum se per opera facit. Non enim decet hujusmodi regere, sed potius regi. Eum quippe qui regendos alios suscipit, tantà decet gloriâ virtutis excellere, ut instar solis, ceteros veluti stellarum igniculos in suo fulgore obscurer. Debet hujusmodi vitam habere immaculatam atque compositam; ut omnes in illum & in ejus vitam, veluti in exemplum aliquod excellens, intueantur.

#### Leção v.

**O**portet Episcopum vigilantem esse, hoc est, clarissimâ mentis acie præditum, innumerisque ha-

bentem omni ex parte oculos, quibus acutissime cuncta prospiciat. Sunt quippe plura quæ incidant, & mentis hebetent aciem, putà concupiscentiæ desideria, curæ quotidianæ, rerumque perturbatio; & plurima id genus undique imminet. Vigilantem igitur esse necesse est eum, qui non tantum sui curam habet, verum etiam reliquorum. Decet esse pervigilem eum qui ejusmodi est, ac spiritu vivere, & affectus sui flammam operibus ipsis ostendere sollicitudine atque industriâ præcellere; ut die noctuque exercitium & castra perlustret, laboret, & sui officii munus diligentissime impleat, atque omnium curam & sollicitudinem gerat. Pudicum, addit, ornatum, & hospitâlitatis amatorem. Ista & in subditis plerumquæ videas. Verum quoniam oportet eum & ea quæ sunt rectoris habere, idcirco subjunxit: Aptum ad docendum. Hoc quippe à subditis nequâquam exigitur: ceterum illi ante omnia adesse debet, qui hujusmodi suscepit officium.

*Lectio vj.*

**I**dcirco nos elegit Deus, ut simus quasi luminaria, ut veluti fermentum evadamus, ut magistri ce-

terorum efficiamur, ut veluti Angeli cum hominibus versetur in terris, ut tanquam viri cum infantibus & pueris, quasi spirituales cum animalibus, ut ex contubernio nostro ingentia lucra conquirant; ut semina simus, ut fructum lætissimum afferamus. Non opus esset verbis, si hunc in modum vita nostra sanctitatis luce fulgeret. Nihil magistris opus esset, si virtutis probos actus præferremus. Nemo profecto Gentilis esset, si ipsi ut oportet Christiani esse curaremus, si Dei monitis ac scitis obtemperaremus, si injurias perpeffi vicem non referremus, si maledictis laceffiri benediceremus, si pro malis bona redderemus. Nemo esset ita fera bellua, ut non statim ad cultum veræ religionis accurreret, si videret hæc ab omnibus fieri. Atque ut discas ita esse, unus Paulus qui talis fuit, tot populos attraxit ad Dei notitiam. Si omnes essemus hujusmodi, quot terrarum orbes & ipsi attrahere possemus!

*IN III. NOCTURNO.*

*Pf. Te decet. Fer. iv. ad Laudes. Pf. Quam dilecta. Fer. v. ad Tert. Pf. Dominus regnavit, irascantur. Fer. ij. ad Sext.*

Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.

Lectio vij. Cap. 24.

**I**N illo tempore ; Dixit Iesus discipulis suis ; Vigilate , quia nescitis quâ horâ Dominus vester venturus sit. Et reliqua.

Homilia sancti Fulgentii Episcopi.

Serm. 1. de dispensat. Domini , n. 1.

**D**ominicus sermo quem debemus omnes , non solum studiosè , verùm etiam sapienter audire , cui nos oportet humiliter ac delectabiliter obedire , moderatiõnis suæ tenens ubique tempèriem , ut nec õvibus desint pábula , nec pastõribus alimenta ; quædam specialiter solis præcipit nobis , quædam verò generaliter & nobis & vobis. Nobis namque ( id est , servis , quos Pater ille familias , rerum omnium Dominus , ad hoc in sua magna domo constituit , ut pópulo ejus verbum gratiæ ministrémus ) specialiter adjungitur sanctæ prædicationis officium ; generaliter verò & nobis & vobis salutãris indicitur observantia mandatõrum.

Lectio viij. n. 2.

**S**ervõrum igitur , quos pópulo suo præposuit Dominus , specialiter volens officium demonstrare , ait : Quis putas est fidelis dispensator & prudens ,

quem constituit Dominus super familiam suam , ut det illis in tempore tritici mensuram ? Beatus ille servus , quem , cum venerit Dominus , invenerit ita facientem. Quis est iste Dominus , fratres ? Christus sine dubio , qui suis discipulis ait : Vos vocatis me , Magister & Domine ; & bene dicitis : sum etenim. Quæ est etiam hujus Domini familia ? Nimium illa est , quam ipse Dominus de manu inimici redemit , & suo dominio mancipavit. Hæc autem familia sancta est Ecclesia catholica , quæ per orbem terræ copiosã fertilitate diffunditur , & redemptam se pretioso sui Domini sanguine gloriatur.

Lectio ix. n. 2. & 3.

**D**ispensator verò quis sit , quem oportet esse fidèlem pariter ac prudentem , Paulus nobis ostendit Apóstolus , qui de se suisque sociis loquens , ait : Sic nos existimet homo ut ministros Christi , & dispensatores mysteriorum Dei. Hic jam quæritur inter dispensatores , ut fidelis quis inveniatur. Ne quis autem nostrum solos Apóstolos dispensatores factos existimet , neglectoque militiæ spiritalis officio , servus piger infideliter imprudenterque dormitet , ipse beatus Apóstolus Episco-



pos esse dispensatores ostendens, ait: Oportet ergo Episcopum sine crimine esse, sicut Dei dispensatorem. Servi Patrisfamilias sumus, dispensatores Domini sumus; mensuram tritici quam vobis erogemus, accepimus. Quæ verò sit ista mensura tritici si queramus, ipsam quoque vobis beatus Paulus Apostolus ostendet, dicens: Unicuique sicut Deus divisit mensuram fidei. Hujus tritici mensuram vobis in nomine Domini damus, quoties illuminati dono gratiæ spiritualis, secundum regulam veræ fidei disputamus; & eandem tritici mensuram per Dominicos dispensatores accipitis, cum quotidie per Dei famulos verbum veritatis auditis.

## AD LAUDES.

CANTICUM. *Eccli. 50.*

Sacerdos magnus in ascensu altaris sancti, \*

gloriam dedit sanctitati amictum.

In accipiendo autem partes de manu Sacerdotum, \* & ipse stans juxta aram;

Et circa illum corona fratrum; \* quasi plantatio cedri in monte libano.

Sic circa illum steterunt quasi rami palmæ, \* & omnes filii Aáron in gloria sua.

Oblatio autem Domini in manibus ipsorum, \* coram omni Synagoga Israël:

Et consummatione fungens in ara, \* amplificare oblationem excelsi regis;

Porréxit manum suam in libatione, \* & libavit de sanguine uvæ.

Effudit in fundamento altaris odorem divinum \* excelsi Principi.

AD VESPER. *Psalmi de Dominica, ultimo excepto, cujus loco dicitur Ps. Memento. cum sua divif. è Vesp. Sabb.*

## DOMINICA INTRA OCTAVAM.

## IN III. NOCTURNO.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.

Lectio vij. Cap. 24.

IN illo tempore; Dixit Jesus discipulis suis: Vigilate, quia nescitis quâ horâ Dominus vester venturus sit. Et reliqua.

Homilia sancti Hilarii Episcopi.

Comment. in Matth. Cap. 26.

UT ignorantiâ illam diæi omnibus taciti non sine utilis silentii ratione esse sciremus, vigilare nos Dominus propter adventum furis admônuit,

& orationum assiduitate defentos, omnibus præceptorum suorum operibus inharere. Furem enim esse ostendit zâbulum ad detrahendâ ex nobis spolia pervigilem, & corporum nostrorum dômibus insidiantem; ut ea, incuriosis nobis & somno deditis, consiliorum suorum atque illecebrarum jâculis perfôdiat. Parâtos igitur esse nos cónvenit; quia diêi ignoratio intentam sollicitudinem suspensæ expectationis exâgitat.

*Lectio viij. Cap. 27.*

**Q**uis namque est fidêlis servus & prudens, quem constituit Dôminus super familiam suam? Quanquam in commûne nos ad indefessam vigilantiæ curam adhortetur, speciâlem tamen pópuli principibus, id est, Episcopis,

in expectatióne adventûque suo sollicitudinem mandât. Hunc enim servum fidêlem atque prudentem, præpósitum familiæ significat, cômmoda atque utilitates commissi sibi pópuli curantem. Qui si dicto audiens, & præceptis obédiens erit, id est, si doctrinæ opportunitate & veritate infirma confirmet, disrupta consolidet, depravata convertat, & verbum vitæ in æternitatis cibum alendæ familiæ dispendat, atque hæc agens, hisque immorans deprehendatur; glóriam à Dômino tanquam dispensátor fidêlis & vlllicus útilis consequetur, & super ómnia bona constituetur; id est, in Dei glória collocabitur, quia nihil sit ultrâ quod melius sit.

*Lectio ix. de Homilia in Evangelium Dominicæ.*

## D I E O C T A V A.

### IN III. NOCTURNO.

*Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.*

*Lectio vij. Cap. 10.*

**I**N illo rémpore; Dixit Jesus discipulis suis: Scitis quia príncipes gentium dominantur eorum; & qui majóres sunt, potestatem exercent in eos. Non ita erit inter vos. Et reliqua.

*Homilia sancti Joannis Chrysósti.*

*Homil. 15. in cap. 7. Ep. 2. ad Corinth.*

**D**uplex impérii genus est. Alterum cujus operâ hómnes & pópulis & úrbibus imperant, ac civilem hanc vitam moderantur; (id quod Paulus indicabat, cum diceret: Omnis ánima potestátibus sublimiôribus súbdita sit; non est enim potestas nisi à Deo. Ac

pósteà, quantum hinc còmmodi caperétur ostendens, hæc verba subjungit : Magistrátus Dei minister est in bonum. Ac rursùs : Dei minister est vindex in iram ei qui malè agit.) Alterum verò est impérium, quod in se gerit quisquis mente ac prudentiâ præditus est; quod quoque Paulus his verbis declarávit : Quòd si vis non timere potestatem, bonum fac. Quo loco de eo loquitur qui sibi ipse imperat. Ac verò híc aliud quoque impèrii genus est, ac civili quidem impèrio sublimius. Quodnam igitur hoc est : Illud nimirum quod in Ecclesià viget; cuius etiam ipsius mentionem Paulus facit, cùm ait : Obedite præpòsitis vestris, & subjacete eis; ipsi enim pervigilant, tanquam rationem pro animabus vestris reddituri. Hoc enim impérium tantò civili excellentius est, quantò cœlum terrâ; imò etiam multò præstantius. Primum namque non hoc præcipuo stúdio spectat, ut scèlera perpetrata vindicet, sed ut he omnià quidem perpetrentur. Deinde si perpetrata sint, non ut agrotantem de médio tollat; sed ut ipsa deleantur.

*Lectio viij.*

**R**ursùs qui præsentis vitæ impèrio potiuntur, tantò iis penès quos

Ecclesiasticum est impérium inferiòres sunt, quantò minus præclarum est invitis quàm volentibus imperare : nam hoc etiam naturæ consentaneum impérium est. Etenim illic quidem omnia metu & necessitate perficiantur : hic voluntas, liberâque animi sententiâ omnia exequitur. Nec verò hæc tantum ratione hoc impérium illi præstat, verum ob hanc etiam causam quòd non merum impérium est, sed etiam paternitas, ut ita dicam; nam patris mansuetudinem ac suavitatem habet : cùmque majora præcipiat, ea tamen persuadet. Externus enim princeps dicit : Si adulterium admiseris, actum de te erit. At híc gravissimas pœnas minatur, si vel duntaxat procacibus & impudicis oculis mulserem conspexeris. Etenim grave ac venerandum est hoc tribunal : nec corpus solum, sed etiam animam corrigit. Quantum ergò inter corpus & animam discriminis est, tantum item hoc impérium ab illo distat.

*Lectio ix.*

**A**D hæc, qui impèrio illo mundano fungitur, perspicuorum duntaxat criminum iudex fedet; imò, ne horum quidem omnium, verum eorum tantummodo quæ cer-



tis argumentis comperta sunt. Quin plerumquē etiā accidit, ut prōdito jure ea dissimulet. At contrā, tribūnal nostrum omnes qui ingrediuntur, hoc docet quōd qui apud nos summi Jūdicis partes tenēbit, nuda omnia & aperta in commūni totius orbis terrarū theātro collocābit: nec cuiquam sese occultandi facultas erit. Ac proinde Christiāna lex multō magis vitam nostram

tuētur & cōtinet quāam externā. Nam si detectis atque occultis peccātis contremiscere cautiōrem hōminem reddit, quāam de perspicuis tantūm in metu esse: atque is qui de levis etiam noxis pœnas expetit, ad virtutis stūdiū magis excitat, quāam qui gravissima duntaxat punit; non est profectō dūbium quin vita nostra hoc impērio mōximē fulciatur & contineatur.

## D I E F E S T O

## P R O D O C T O R I B U S .

## IN I. NOCTURNO.

*Pf.* Beātus vir. è I. Noct̄.

*Dom.* *Pf.* Salvum me fac, Dōmine. *Fer.* v. ad Complet. *Pf.* Cœli enarrant. *integer.* *Fer.* iij. ad Off. Noct̄.

De libro Ecclesiāstici.

*Lectio j.* Cap. 39.

**S**apiētiā omnium antiquōrum exquirēt sapiens, & in Prophētis vacābit. Narratiōnem virōrum nominatōrum confervābit, & in versūtijs parabolārum simul introibit. Occulta proverbiorū exquirēt, & in absconditis parabolārum conversābitur. In mēdio magnatōrum ministrābit, & in conspectu præsidis apparē-

bit. In terram alienigenārum gēntium pertransiet: bona enim & mala in hōminibus tentābit.

*Lectio ij.*

**C**or suum tradet ad vigilandum diluculo ad Dōminum qui fecit illum, & in conspectu Altissimi deprecābitur. Apēriet os suum in oratiōe, & pro delictis suis deprecābitur. Si enim Dōminus magnus voluerit, spīritu intelligentiæ replēbit illum, & ipse tanquam imbres mittet eloquia sapiētiæ suæ: & in oratiōe confitebitur Dōmino: & ipse diriget consiliū ejus & disciplinam, & in absconditis suis consiliābitur.

*Lectio iij.*

**I**psē palām faciēt disciplinam doctrinæ suæ, & in lege testamenti Dōmini gloriābitur. Collaudābunt multi sapiētiām ejus, & usque in sēculum non delēbitur. Non recēdet memoriā ejus, & nomen ejus requirētur à generatiōne in generatiōnem. Sapiētiām ejus enarrābunt gentes, & laudem ejus enuntiābit Ecclēsia.

*IN II. NOCTURNO.*

*Pf. Jūdica me, Dōmine, quōniam. Fer. iij. ad Tert. Pf. Benedicām Dōminum. integer. Fer. v. ad Sext. Pf. Dixit injustus, Fer. iy. ad Laudes.*

Ex libro sancti Augustini  
Episcopi contra Juliānum.

*Lib. 2. Cap. 10. Lectio iv.*

**S**anctos & in sancta Ecclēsia illustres Antistites Dei, non Platōnicis, & Aristotēlicis, & Zenōnicis, aliisque hujuscemodi, vel Græcis, vel Latinis, quanquam ex istis aliquos eorum, verum omnes sacris litteris eruditos, nominatim, sicut oportebat, expressi; eorumque sententias, quantum sufficere videbatur, sine ulla editas ambiguitate digessi; ut in eis timeas non ipsos, sed illum qui sibi eos utilia vasa formavit, & sancta templa construxit: qui tunc de ista causa judica-

verunt, quando eos nemo potest dicere perperam cuiquam vel adversari, vel favere potuisse. Nullas nobiscum vel vobiscum amicitias attenderunt, vel inimicitias exercuerunt: neque nobis, neque vobis irati sunt; neque nos, neque vos miserati sunt. Quod invenerunt in Ecclēsia, tenuerunt: quod didicerunt, docuerunt: quod à Patribus acceperunt, hoc filiis tradiderunt.

*Longè post præcedentia.**Lectio v.*

**I**sti Episcopi sunt docti, graves, sancti, veritatis acerrimi defensores adversus garrulas vanitates: in quorum ratione, eruditione, libertate, quæ tria bona iudici tribuisti, non potes invenire quod spernas. Si Episcopalis Synodus ex toto orbe congregaretur, mirum si tales possent illuc facile tot sedere, quia nec isti uno tempore fuerunt: sed fideles, & multis excellentiores paucos dispensatores suos Deus per diversas ætates temporum, locorumque distantias, sicut ei placet atque expedire iudicat, ipse dispensat. Hos itaque de aliis atque aliis temporibus atque regionibus ab Oriente & Occidente congregatos vides, non in locum quo navigare cogantur homines, sed in

librum qui navigāre possit ad hōmines.

*Lectio vj.*

**Q**uāto tibi essent isti iudices optabiliōres, si tenēres cathōlicam fidem; tantō tibi sunt terribiliōres, quia oppugnās cathōlicam fidem, quam in lacte suxerunt, quam in cibo sumpserunt, cujus lac & cibum parvis magnisque ministraverunt, quam contra inimicos, etiā vos tunc nondum natos, unde nunc revelāmini, apertissimē ac fortissimē defendērunt. Tali- bus post Apōstolos sancta Ecclesia plantatoribus, rigatoribus, ædificatoribus, pastoribus, nutritoribus crevit. Idē profānas voces vestræ novitatis expavit; & cauta ac sobria, ex admonitiōne Apostolica, ne sicut serpens Evam seduxit astutiā suā, sic & mens ejus corrumperetur à castitate quæ est in Christo; cathōlicæ fidei virginitate, insidias vestri dōgmatis surrepentis exhorruit, & tanquam caput colubri calcavit, obtulit, abiēcit.

*IN III. NOCTURNO.*

*Pf. Expectans. integer. Fer. vj. ad Tert. Pf. Quam bonus. integer. Fer. ij. ad Nonam. Pf. Bonum est confiteri. Fer. ij. ad Laudes.*

Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.

*Lectio vij.*

Cap. 5.

**I**n illo tempore; Dixit Jesus discipulis suis: Vos estis sal terræ: quod si sal evanuerit, in quo salietur? Et reliqua.

Homilia sancti Augustini Episcopi.

*Lib. 1. de Serm. Domini in Monte, c. 6.*

**O** Stendit Dominus fatuos esse judicandos, qui temporalium bonorum vel copiam sectantes, vel inopiam metuentes, amittunt æterna, quæ nec dari possunt ab hominibus, nec auferri. Itaque si sal infatuatum fuerit, in quo salietur? Id est, si vos per quos condiendi sunt quodammodo populi, metu persecutiōnum temporalium amiseritis regna cælorum; qui erunt homines per quos a vobis error auferatur, cum vos elegerit Deus per quos errorem auferat ceterorum:

*Lectio viij.*

**E**rgo ad nihil valet sal infatuatum, nisi ut mittatur foras, & calcetur ab hominibus. Non itaque calcatur ab hominibus, qui patitur persecutiōnem, sed qui persecutiōnem timendo infatuatur. Calcari enim non potest nisi inferior: sed inferior non est, qui quam-



vis corpore multa in terra  
sustineat, corde tamen fi-  
xus in cœlo est.

*Lectio ix.*

**V**os estis lumen mundi.  
Quomodo dixit sup̄e-  
rius Sal terræ, sic nunc di-  
cit Lumen mundi. Nam  
neque sup̄erius ista terra  
accipienda est, quam pé-  
dibus corporeis calcamus;  
sed homines qui in terra  
habitant, vel etiam pec-  
catōres, quorum condien-  
dis & extinguendis putōri-  
bus Apostolicum salem Dó-  
minus misit in mundum.  
Et hîc mundum, non cœ-  
lum & terram, sed hómi-  
nes qui sunt in mundo vel  
diligunt mundum, oportet  
intelligi, quibus illuminan-  
dis Apóstoli missi sunt.

DOMINICA INTRA OCTAVAM.

*IN III. NOCTURNO.*

Lectio sancti Evangelii se-  
cundum Matthæum.

*Lectio vij. Cap. 5.*

**I**n illo tempore; Dixit  
Jesús discipulis suis: Vos  
estis sal terræ: quod si sal  
evanuerit, in quo salietur?  
Ad nihilum valet ultra,  
nisi ut mittatur foras, &  
conculcetur ab hominibus.  
Vos estis lux mundi. Et  
reliqua.

AD LAUDES.

CANTICUM. *Ecclesi. 15.*

**C**ibabit illum Deus pane  
vitæ & intellectus, \*  
& aqua sapiëntiæ salutaris  
potabit illum:

Et firmabitur in illo, &  
non flectetur: \* continébit  
illum, & non confundé-  
tur:

Et exaltabit illum apud  
proximos suos, \* & in  
medio Ecclésiæ aperiet os  
ejus;

Et adimplebit illum spi-  
ritu sapiëntiæ & intellec-  
tus, \* & stolâ glóriæ ves-  
tiet illum.

Jucunditatem & exulta-  
tionem thesaurizabit super  
illum, \* & nómine æterno  
hæreditabit illum.

*ADVESPÉRAS. Psalmi  
de Dominica, sed loco ulti-  
mi dicitur Ps. Exaltabo te.  
cum suis divisionib. è Vesp.  
Fer. v.*

Homília sancti Hilárii  
Episcopi.

*Enarr. in Psalmum 118.  
Oñon. 9.*

**J**ubet Dóminus in Evan-  
géliis præceptorum suó-  
rum lucernam non otiosam  
nec inútilem óculi, di-  
cens: Nemo enim lucer-  
nam accendit, & ponit  
eam sub módio. Quæ enim  
lucernæ, si módio tegatur,  
utilitas est? Usus suum tan-  
tùm intrâ id quo opéritur

impēdit. Jubet igitur eam in candelābro, id est, in officii sui sede, constitui. Itaque hanc doctrinam atque hoc verbum Dei, intrā nos receptum, non otiosum neque inutile, tanquam in mōdio oculāmus; sed lumen istud nobis ipsis primū, & rursus ex nobis omnibus gētibus praebeāmus. Sequenti quoque istud mandāto Dōminus admōnuit, dicens: Sint lumbi vestri praecincti, & lucernae vestrae ardentes. Jubet ergo nihil nos āgere in obscuro; quia omnis in peccātis agens odit lucem, & diligit tēbras. Vult has lucernas nostras esse semper accensas, nequando in nocte hujus sēculi relinquāmur.

*Lectio viij.*

**J**udaeis in tabernaculo testimonii lucerna accenditur; & haec omni fes-

tivitatis suae tempore ardet. Illi quod agunt nesciunt; sed nos in his tabernaculorum nostrorum, id est, corporum testimoniis, ardentes lucernas semper habeāmus, & festivitatem spei nostrae earum luce peragāmus. Apōstolus quoque, quos sal terrae, quos & lumen mundi Dōminus nūcupat, per hanc significatiōem & lucernas esse Ecclesiae ostendit, dicens: Lucerna corporis tui est oculus tuus; corporis scilicet Ecclesiae, quae unum corpus in Christo est, nosque invicem membra ejus sumus. Primū enim unicuique nostrū Dei verbum oculus sive lucerna est; deinde vir apostolicus toti corpori suo, id est, Ecclesiae, lucerna est.

*Nona Lectio de Homilia in Evangelium Dominicae.*

## D I E O C T A V A.

### IN III. NOCTURNO.

*Lectio sancti Evangelii secundum Joannem.*

*Lectio vij. Cap. 7.*

**I**n illo tempore; Ascendit Jesus in templum, & docebat. Et mirabantur Judaei, dicentes: Quomodo hic litteras scit, cum non didicerit? Respondit eis Jesus, & dixit: Mea doctrina non est mea, sed ejus qui misit me Patris.

Si quis voluerit voluntatem ejus facere, cognoscet de doctrina, utrum ex Deo sit. Et reliqua.

*Homilia sancti Augustini Episcopi.*

*In Joan. Tract. 29.*

**D**ominum Jesum invenimus dixisse: Si quis voluerit facere voluntatem ejus qui misit me, cognoscet de doctrina. Quid est, cognoscet? Hoc est,

intelliget. Quod est autem, Si quis voluntatem ejus voluerit facere? Hoc est credere. Sed quia cognoscet, hoc est intelliget; omnes intelligunt: quia verò quod ait, Si quis voluerit voluntatem ejus facere, hoc pertinet ad credere; ut diligentius intelligatur, opus est nobis ipso Domino nostro expositore, ut indicet nobis utrum revera ad credere pertineat facere voluntatem Patris ejus. Quis nesciat hoc esse facere voluntatem Dei, operari opus ejus, id est, quod illi placet? Ipse autem Dominus aperte alio loco dicit: Hoc est opus Dei, ut credatis in eum quem misit ille. Ipsa est ergo fides quam de nobis exigit Deus: & non invenit quod exigat, nisi donaret quod inveniat. Non qualiscumque fides, sed fides quae per dilectionem operatur. Haec in te sit, & intelliges de doctrina. Quid enim intelliges? Quia, inquit, ista doctrina non est mea, sed ejus qui misit me Patris. Id est, intelliges quia Christus Filius Dei, qui est doctrina Patris, nec est, nec loquitur ex seipso; sed Filius est, & Verbum Patris.

*Serm. 17. in Psalm. 118.*

*Lectio viij.*

**D**Oce me, inquit Psalmus, quia mandatis

tuis credidi. Quid aliud est docere, quam scientiam dare? Haec duo ira sibi connexa sunt, ut alterum sine altero esse non possit. Nemo enim docetur, nisi discat; & nemo discit, nisi doceatur. Et ideo, si discipulus non sit capax eorum quae a doctore dicuntur, non potest doctor dicere: Ego eum docui, sed ipse non didicit. Dicere autem potest: Ego ei dixi quod dicendum fuit; sed ille non didicit, quia non percipit, non comprehendit, non intellexit. Nam profecto & ille didicisset, si iste docuisset. Et ideo Deus, quando vult docere, prius dat intellectum, sine quo ea quae ad divinam doctrinam pertinent, homo non potest discere. Unde & paulo post dicit: Da mihi intellectum, ut discam mandata tua. Cum itaque alia sint, quae ideo discimus, ut tantummodo sciamus, alia verò, ut etiam faciamus; quando ea Deus docet, sic docet, ut scienda sciamus, aperiendo veritatem: sic docet, ut facienda faciamus, inspirando suavitatem. Neque enim ei frustra dicitur: Doce me facere voluntatem tuam; sic, inquit, doce, ut faciam, non tantummodo ut sciam.



Lectio ix.

**Q**UOD verò ait, Quóniam mandátis tuis credidi, non unmeritò quæri potest cur non dixerit, Obedivi, sed credidi. Alia sunt enim mandata, alia promissa. Mandata faciendâ suscipimus, ut accipere promissa mereamur. Promissis ergò credimus, mandátis obtemperamus. Quid est ergò, Mandátis tuis credidi: nisi, credidi quòd tu illa mandaveris, non aliquis homo; quamvis per homines hominibus ministrata sint. Quia itaque credidi tua esse man-

dâta, ipsa est fides mea quâ id credidi: impetret abs te grâtiâ quâ faciam quod mandasti. Si enim homo mihi hoc juberet forinsecus, numquid ut etiam faceret quod jubebat, adjuvabat intrinsecus: Doce ergò me suavitatem, inspirando caritatem; doce me disciplinam, donando patientiam; doce me scientiam, illuminando intelligentiam. Quóniam mandátis tuis credidi. Te illa credidi mandasse, qui Deus es, & homini donas unde facias eum facere quod mandas.

DIE FESTO

PRO ABBATIBUS, MONACHIS  
ET SOLITARIIS.

IN I. NOCTURNO.

*Pf.* Beatus vir. *e I. Noct.*  
*Dom. Pf.* Dómine, ne in furóre. *Fer. ij. ad Complet.*  
*Pf.* Exaudi, Dómine, justitiam meam. *Sabb. ad Laudes.*

De Epístola beati Pauli Apóstoli ad Philipenses.

Lectio j. Cap. 3.

**F**RATRES; Quæ mihi fuerunt lucra, hæc arbitratus sum propter Christum detrimenta. Verúntamen existimo ómnia detrimentum esse, propter emi-

nentem scientiam Jesu Christi Dómini mei, propter quem ómnia detrimentum feci, & arbitror ut stercora, ut Christum lucrificiam, & inveniar in illo, non habens meam justitiam quæ ex lege est, sed illam quæ ex fide est Christi Jesu: quæ ex Deo est justitia in fide ad cognoscendum illum, & virtutem resurrectionis ejus, & societatem passionum illius; configuratus morti ejus, si quo modo occur-

ram ad resurrectionem quæ est ex mortuis, non quòd jam accèperim, aut jam perfectus sim: sequor autem, si quo modo comprehendam, in quo & comprehensus sum à Christo Jesu.

*Lectio ij.*

**F**Ratres, ego me non arbitror comprehedissem. Unum autem, quæ quidem retrò sunt obliviscens, ad ea verò quæ sunt priòra extendens meipsum, ad destinatum persequor, ad bravium supernæ vocationis Dei in Christo Jesu. Quicumque ergò perfecti sumus, hoc sentiámus: & si quid aliter sapiatis, & hoc vobis Deus revelabit. Verúm tamen ad quod pervenimus, ut idem sapiámus, & in eadem permaneamus régula.

*Lectio iij.*

**I**Mitatóres mei estóte, fratres; & observáte eos qui ita ambulat, sicut habétis formam nostram. Multi enim ambulat, quos sæpè dicebam vobis (nunc autem & flens dico) inimicos crucis Christi, quorum finis intéritus, quorum deus venter est, & glória in confusione ipsórum, qui terréna sapiunt. Nostra autem conversatio in cælis est.

*IN II. NOCTURNO.*

*Pf. Dóminus regit me. Fer. v. ad Sextam. Pf. Júdice me, Dómine, quóniam. Fer. iij. ad Tert. Pf. Dóminus illuminatio. integer. Fer. v. ad Tert.*

Sermo sancti Joannis Chrysóstomi.

*Homil. 69. in Matth.*

*Lectio iv.*

**I**N mentem véniat memoria Sanctórum, qui cilicio induuntur, erémum hábitant, qui nunquam oblátas púrpuras acceptarent; sed quemádmódu rex, si quis pannósa indumenta páuperis induenda offerret, abominarétur atque repelleret, non aliter illi régiam púrpuram contemnunt. Hæc illis instituta ciliciorum usu confirmata sunt; unde régibus ipsis excellentiòres sunt atque præstantiòres. Nam si posses mentis eórum atque animi jánuas referare, & nudas cogitationes eórum, & omnem interiorem ornatum conspícere, fulgore percussus in terram concideres; nec illárum véstium splendórem, nec conscientia lucem perferre posses.

*Lectio v.*

**N**ihil ergò in tabernaculis eórum triste invenietis; sed tanquam in cælo tugúria fabricati, sic longè à sæculi perturbaciónibus hábitant, adversus diabolum militantes, &

Cum lætitia eum expugnantes. Idcirco enim in solitudine domicilium constituerunt, civitatibus & celebri habitazione hominum omnino relicta; quoniam qui bellum gerit, non potest domi sedere; sed necesse est, quasi subito migraturus, preparato in diem domicilio habitet. Quis unquam in exercitu domus fundamenta jecit? Quis aedes edificat, cum inde paulo post discessurus sit? Quis in castris agri jugera emit? Nullus certe. In patria hæc, non in castris, facienda sunt.

*Lectio vj.*

**H**Æc tibi à me similiter dicuntur. Cum in supremam civitatem perveneris, tunc ista facito: imò verò nullo labore opus ibi est, cum universa hæc à Rege tibi preparata sint. Hic igitur satis est nobis fossam facere, vallum figere: aedificiorum constructione opus non est. Christianos adversus diabolum pugnantes; captivos à manibus ejus rapientes; omnibus temporalibus neglectis, vivere oportet. Cur itaque magnificas aedes struis, o homo! An ut te ipsum magis vincias? Cur thesaurum obruis? Ut diabolum adversus animam tuam invites? Cur moenia condis? An ad carceres tibi construendos? Quod si

hæc tibi difficilia neglectu videantur, ad tabernacula Monachorum proficiscamur, ut reipsa facile ista contemni posse perdiscas. Tuguria sibi constituunt; quæ si relinquere oportebit, ita facile faciunt, sicut milites castra.

*IN III. NOCTURNO.*

*Pf. Dixi: Custodiam. integer. Fer. v. ad Complet. Pf. Exaudi, Deus, deprecationem. Fer. vj. ad Offic. Noct. Pf. Quam dilecta. Fer. v. ad Tert.*

Lectio sancti Evangelii secundum Marcum.

*Lectio vij. Cap. 10.*

**I**N illo tempore; Coepit Petrus dicere ad Jesum: Ecce nos dimisimus omnia, & secuti sumus te. Et reliqua.

Homilia sancti Paulini Episcopi.

*Epist. 24. ad Sulpit. Sever. alias 2. §. 5. 6.*

**B**ona quæ nobiscum non intuleramus in hunc mundum, hæc poteramus efferre, quasi mutuata reddidimus; nec ut cutem à carne distraximus, sed ut vestem à corpore deposuimus. Nunc opus est, ut quæ verè nostra sunt, dependamus Deo, hoc est, cor & animam, & corpora nostra exhibentes in hostiam vivam, ut scriptum est, Domino; nosque ipsos edificantes ei in templum sanctum, in ipso læ-



pide angulári, qui nobis sanctificatiónis nostræ fórmulam in semetipso dedit, & ait: Sancti estóte, quóniam ego sanctus sum. Quæ igitur nobis grátia, si in aliéno tantúm fidéles fuérimus, nisi de próprio serviámus, id est, de líbero voluntátis arbitrio, ex toto corde nostro, ex totis animæ nostræ, ut scriptum est, víribus diligentes Deum?

*Lectio viij. §. 7. 8.*

**Q**Uamóbrem temporálium quæ in hoc século habentur bonórum relicto, sive distráctio; non decursus stádii, sed ingressus; nec ut meta, sed ut jánuá est. Non enim athléta tùm vincit, cùm exúitur; qui idéo nudátur, ut incípiat dimicáre, cùm legítimè certáverit coronandus. Et natátor amnem interpósitum superatúrus, exúitur; nec tamen hoc tantò apparátu quòd se despóliáverit, transnatábit, nisi totíus córporis nisu torrentis ímpetum scindat, & labórem natatiónis exháuriant. Vídeo & in Jacob hujus expeditiúnis órdinem prolusisse; cùm illum lego, posteaquàm torrente transmissó, præmissis curárum suárum onéribus, id est, facultátum & necessitúdinum impediméntis, solus in taber-

naculi loco remánserat, Deo colluctátum.

*Lectio ix.*

**I**Taque ad corripiendam vitæ viam, capiendumque Dei verbum, & prævalendum in regnum cælorum, quod à diébus Joannis vim patitur, & à diripiéntibus obtinétur, idónei esse non póssumus, nisi ómnia quæ vel amóre, vel curá, si in itinere istius século nobis adhæreant, impédiunt & retardant, ante óbitús nostri vésperam præmittámus, & inde per totam hujus século noctem apprehéndere, & tenére Christum sollicitá spiritalium óperum ac studiórum contentiúnem luctémur: nec divellámur à caritaté Christi, sicut Jacob ab ejus amplexu; nisi extorqueámus benedictiúnem. Atque útinam ad salutáris insigne luctáminis, nervum femóris nostri majestátis suæ timóre percútiat; quo obtupescente, infirmábitur virtus carnis, & spiritalis grátia convalescet!

**AD LAUDES.**

**CANTICUM. Thren. 3.**

**P**ARS mea Dóminus, dixit ánima mea: \* propterea expectábo eum.

Bonus est Dóminus sperántibus in eum, \* animæ quærenti illum.

Bonum est præstolari cum siléntio \* salutáre Dei.

Bonum

Bonum est viro, \* cùm portáverit jugum ab adolescentia sua.

Sedébit solitarius, & tacébit, \* quia levávit super se.

*AD VESPER. Psalmi,*  
Dixit. è Dom. Levávi. Fer. ij. ad Vesp. Ad te levávi óculos. Fer. iv. ad Vesper. Qui confidunt. *Ibid.* Vocé meá. Fer. iij. ad Vesp.

DOMINICA INTRA OCTAVAM.

IN III. NOCTURNO.

Lectio sancti Evangelii secundum Marcum.

Lectio vij. Cap. 10.

**I**n illo tempore; Cœpit Petrus dicere ad Jesum; Ecce nos dimisimus omnia, & secuti sumus te. Et reliqua.

Homilia sancti Hierónymi Presbyteri.

Lib. 3. *Comment. in Matth.*

**G**randis fiducia: Petrus piscator erat, dives non fuerat: cibos manu & arte quærebat; & tamen loquitur confidenter, Relinquimus omnia. Et quia non sufficit tantum relinquere, jungit quod perfectum est, Et secuti sumus te. Fecimus quod iussisti: quid igitur dabis nobis præmii? Jesus autem dixit illis: Amen, dico vobis quod vos qui secuti estis me, in regeneratione, cùm sederit Filius hominis in sede majestatis suæ, sedebitis & vos super sedes duodecim, judicantes duodecim tribus Israel. Non dixit, Qui reliquistis omnia; hoc enim & Crates fecit philosophus,

& multi alii divitias contempserunt; sed, Qui secuti estis me, quod proprium Apostolorum est atque credentium.

Lectio viij.

**I**n regeneratione, cùm sederit Filius hominis in sede majestatis suæ, quando & mortui de corruptione resurgent incorrupti, sedebitis & vos in solis judicantium, condemnantes duodecim tribus Israel; quia vobis credentibus, illi credere noluerunt. Et omnis qui reliquerit domum, vel fratres, aut forores, aut patrem, aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut agros, propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit. Locus iste cum illa sententia congruit, in qua Salvator loquitur, Non veni pacem mittere, sed gladium; veni enim separare hominem à patre suo, & filiam à matre, & nurum à socru; & inimici hominis domestici ejus. Qui ergo propter fidem Christi, & prædicationem

Evangelii omnes carnales affectus contempserint, & divitias atque seculi voluptates; illi centuplum recipient, & vitam æternam possidebunt.

*Lectio ix. de Homilia in Evangelium Dominicæ.*

D I E O C T A V A.

*IN III. NOCTURNO.*

Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.

*Lectio vij. Cap. 19.*

**I**n illo tempore; Dixit Iesus adolescenti: Si vis perfectus esse, vade, vende quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cælo; & veni, sequere me. Et reliqua.

Homilia sancti Joannis Chrysostomi.

*Homil. 64. in Matth. post initium.*

**A**n tequam Iesus adolescenti certamen & laborem ostenderet, bravium præ oculis posuit, dicens: Si vis perfectus esse; ac tunc infert: Vende omnia quæ habes, & da pauperibus. Et mox iterum præmia inculcat: Et habebis thesaurum in cælo; & veni, sequere me. Magna enim retributio est Dominum sequi. Et habebis, inquit, thesaurum in cælo. Nam quoniam magna illi cura de pecuniis erat, & quandoquidem ipsi cunctis denudari rebus consilium dabat, ut ostendat non amissurum bona sua, sed tantò plura majoraque inventurum, quantò cælum terrâ

præstabilius est, restitutionis præstantiam thesaurum appellavit, & simul stabilitatem atque incorruptibilitatem præmii, ut fieri poterat, per res humanas expressit. Non ergo satis est pecuniam spernere; verum etiam oportet pauperes nutrire, & ante omnia Christum sequi, id est, omnia præstare quæ ab ipso jubentur; paratumque semper esse tam labores subire, quam omne genus mortis sufferre. Si quis enim, inquit, venire post me velit, abneget semetipsum, tollatque crucem suam, & sequatur me.

*Lectio viij.*

**H**æc cum audisset adolescentens, abiit tristis. Quod non absque causa illi accidisse significavit Evangelista, dicens; Habebat enim multas possessiones. Non eodem quippe modo detinentur qui pauca possident, & qui magnâ rerum copiâ submerguntur; tunc enim violentior fit ipsorum cupiditas. Nec unquam prædicare cessabo quod accessio divitiarum majorem accendit flammam; & eos qui possident,



pauperiores reddit, quandoquidem eos in pluribus constituit cupiditatibus, efficitque ut indigentiam magis sentiant. Pèrspice igitur quanta vis sit talis affectus. Cùm magnâ dives iste lætitiâ Christum adiisset, ita suffossus atque obrutus fuit, ut nec respondere quidem potuerit, sed tristis ac mœstitiâ pressus decesserit. Quid igitur Christus? Difficilè, inquit, in regnum cœlorum divites intrabunt. Quibus verbis, non pecuniam, sed pecuniâ detentos carpit. Cur autem discipulis ad eò pauperibus, ut nihil prorsus haberent, hæc dicit? Sanè ut eos erudiret, ne pudori paupertatem sibi ducerent; & quasi respondeat cur nihil illos habere permisit.

*Lectio ix.*

**D**iscipulis perturbatis, Hoc apud homines, inquit, impossibile est; Deo autem omnia possible sunt. Et cuius rei gratiâ discipuli qui nimium inopes erant, turbabantur? Quia propter perditionem aliorum dolèbant, quorum omnium jam caritate afficiebantur, & quasi magistrorum ac patrum viscera susceperant. Sic enim pro universo terrarum orbe hujus sententiæ acrimoniâ expaverunt, ut non parvâ eis consolatiõne opus

fuerit. Hâc de causâ inspiciens eos, prius dixit: Quæ apud homines impossibilia sunt. Quod si dicta hæc ab ipso sunt, ut virtutis præ oculis magnitudo ponatur, ex his quæ sequuntur perpendes. Nam cùm Petrus rogavit: Ecce nos, relictis omnibus, secuti sumus te; quid ergo erit nobis? Mercède illius prius definitâ, subjunxit: Et quicumque reliquerit domos, vel agros, vel fratres, vel patrem, vel matrem, propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit. Ita quod impossibile erat, possibile factum esse videmus. Veniat tibi in mentem qualis erat Paulus, qualis Petrus, qualis Joannes, qualis Elias: vel potius ipsius unigeniti Dei Filii recordare, qui non habebat ubi caput reclinaret. Quod si paululum respexeris, ac rursus tibi quasi in naufragio procella incubuerit, tenebras afferens; hanc Christi sententiam tecum illicò versa, repeteque sæpius quod impossibile sit ad cœlum divitem pervenire. Ad hanc tu sententiam, montes, terram, maria conferas, ac omnia, si ita vis, cogitatione aurum facito, ac te habere fingito; nihil exæquari poterit damno quod inde patieris. Hæc

igitur cogitantes, æmulé-  
mur ea quæ nostrâ digna  
sunt æmulatióne; non  
magnificas ædes, non  
uberrima prædia, non cé-  
tera hujúsmodi habentes,  
sed eos qui magnam apud  
Deum fidúciã consecúti

sunt; qui divítias ingentes  
in cœlo pòssident, quorum  
thesauri ibi reservantur,  
qui paupertátem longo di-  
vitiis intervallo præponen-  
tes, verè dívites sunt. Hu-  
júsmodi sunt omnes prop-  
ter Christum páuperes.

## D I E F E S T O

## P R O J U S T I S.

## IN I. NOCTURNO.

*Pf.* Beátus vir. è I. Noct.  
*Dom. Pf.* Quare fremué-  
runt. è I. Noct. *Dom. Pf.*  
Verba mea. *Per. iy. ad*  
*Laudes.*

De libro Sapiéntiæ.

*Lectio j. Cap. 4.*

**J**ustus si morte præoccu-  
pátus fuérit, in refri-  
gério erit. Senectus enim  
venerábilis est, non diu-  
turna, neque annórum  
número computáta. Cani  
autem sunt sensus hóminis,  
& ætas senectútis vita im-  
maculáta. Placens Deo  
factus est dilectus, & vi-  
vens inter peccatóres trans-  
látus est. Raptus est, ne  
malítia mutáret intellectum  
ejus, aut ne fictio decípe-  
ret ánimam illius. Fasci-  
natio enim nugacitátis obs-  
cúrat bona, & inconstán-  
tia concupiscéntiæ trans-  
vertit sensum sine malítia.  
Consummátus in brevi,  
explévit témpora multa:

plácita enim erat Deo áni-  
ma illius; propter hoc  
properávit edúcere illum  
de médio iniquitátum.

*Lectio ij.*

**P**opuli autem videntes,  
& non intelligentes,  
nec ponentes in præcór-  
diis talia; quóniam grátia  
Dei, & misericórdia est  
in sancto ejus, & respec-  
tus in electos illius. Con-  
démnat autem justus mórtu-  
us vivos ímpios, & ju-  
ventus celérius consummá-  
ta longam vitam injusti.  
Vidébunt enim finem sa-  
pientis, & non intelligunt  
quid cogitáverit de illo  
Deus, & quare munierit  
illum Dóminus. Vidébunt,  
& contemnent eum: illos  
autem Dóminus irridébit.  
Et erunt post hæc deciden-  
tes sine honóre & in con-  
tumélia, inter mórtuos in-  
perpétuum; quóniam dis-  
rumpet illos inflátos sine  
voce, & commovébit il-

ios à fundamentis : & usque ad suprèmium desolabuntur.

*Lectio iij. Cap. 4. & 5.*

**E**T erunt gementes, & memoria illorum peribit. Venient in cogitatione peccatorum suorum timidi, & traducunt illos ex adverso iniquitates ipsorum. Tunc stabunt iusti in magna constantia adversus eos qui se angustiaverunt, & qui abstulerunt labores eorum. Videntes turbabuntur timore horribili, & mirabuntur in subitatione insperatae salutis, dicentes intra se, poenitentiam agentes, & prae angustia spiritus gementes : Hi sunt quos habuimus aliquando in derisum, & in similitudinem improperii. Nos insensati vitam illorum aestimabamus insaniam, & finem illorum sine honore. Ecce quomodo computati sunt inter filios Dei, & inter sanctos fors illorum est !

*IN II. NOCTURNO.*

*Pf. Domine, quis habitabit. Fer. iij. ad Off. Noct. Pf. Domini est terra. Fer. iij. ad Laudes. Pf. Iudica me, Domine, quoniam. Fer. iij. ad Tert.*

Ex libro Moraliū sancti Gregorii Papæ.

*Lib. 10. Cap. 16.*

*Lectio iv.*

**D**eridetur iusti simplicitas. Hujus mundi sapientia est cor machinatio-

nibus tegere, sensum verbis velare; quæ falsa sunt, vera ostendere; quæ vera sunt, falsa demonstrare. Hæc nimirum prudentia usu à juvenibus scitur: hæc à pueris pretio discitur: hanc qui sciunt, ceteros despiciendo superbiunt: hanc qui nesciunt, subiecti & timidi in aliis mirantur; quia ab eis hæc eadem duplicitas iniquitatis nomine palliata diligitur, dum mentis perversitas urbanitas vocatur. Hæc sibi obsequentibus præcipit honorum culmina quærere, adeptâ temporâlis gloriæ vanitate gaudere, irrogata ab aliis mala multiplicius reddere; cum vires suppetunt, nullis resistentibus cedere; cum virtutis possibilitas deest, quidquid explere per malitiam non valent, hoc in pacifica bonitate simulare.

*Lectio v.*

**A**T contra, sapientia justorum est nihil per ostensionem fingere, sensum verbis aperire, vera ut sunt diligere, falsa devitare; bona gratis exhibere, mala libentius tolerare quam facere; nullam injuriæ ultionem quærere, pro veritate contumeliam lucrum putare. Sed hæc justorum simplicitas deridetur; quia ab hujus mundi sapientibus puritatis virtus fatuitas creditur.

G iij



Omne enim quod innocenter agitur, ab eis procul dubio stultum putatur; & quidquid in opere veritas approbat, carnali sapientiae fatuum sonat. Quid namque stultius videtur mundo, quam mentem verbis ostendere, nil callidâ machinatione simulare, nullas injuriis contumelias reddere, pro maledicentibus orare, paupertatem quærere, possessa relinquere, rapienti non resistere, percutienti maxillam alteram præbere?

*Lectio vj. Post pauca.*

**Q**Uæ nimirum justis simplicitas breviter sed sufficienter exprimitur, cum protinus subinfertur, Lampas contempta apud cogitationes divitum. Sæpe namque contingit, ut electus quisque qui ad externam felicitatem ducitur, continuâ hic adversitate deprimatur, non hunc rerum abundantia fülciat, non dignitatum gloria honorabilem ostendat, nulla ei obsequentium frequentia suppetat, nulla hunc humanis oculis vestium pompa componat. A cunctis verò despicibilis cernitur, & hujus mundi gloriâ indignus æstimatur; sed tamen ante occulti Jüdicis oculos virtutibus émicat, vitæ méritis coruscat. Honorári méruit, despici non réfugit: corpus continen-

tiâ afficit, solâ in ánimo dilectione pinguescit: mentem semper ad patientiam præparat, & erectus pro justitia de perceptis contumeliis exultat: afflictis ex corde compátitur; de bonorum prosperitatibus quasi de propriis lætatur: sacri verbi pábula in mente sollicitus ruminat; & inquisitis quódlibet éloqui dupliciter, ignórat.

*IN III. NOCTURNO.*

*Pf. Exáudi, Deus, orationem. Sabb. ad Off. Noct.*

*Pf. Bonum est confitèri.*

*Fer. ij. ad Laudes. Pf. Dóminus regnávít; exulter.*

*Fer. iij. ad Laudes.*

*Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.*

*Lectio vij. Cap. 12.*

**I**N illo tempore; Dixit Jesus discipulis suis: Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris. Et reliqua.

*Homilia sancti Gregórii Papæ.*

*In Evang. Homil. 13.*

**D**ominus dicit: Sint lumbi vestri præcincti. Lumbos præcingimus, cum carnis luxúriam per continentiam coarctamus. Sed quia minus est mala non ágere, nisi étiam quisque studeat & bonis opéribus infudare, protinus ádditur: Et lucernæ ardentes in manibus vestris. Lucernas quippe ardentes in manibus tenemus, cum per

bona ópera próximis nostris lucis exempla monstrámus. De quibus profectò opéribus Dóminus dicit: Lúceat lux vestra coram hominibus, ut videant ópera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum, qui in cœlis est. Duo autem sunt quæ jubentur, & lumbos restringere, & lucernas tenere; ut & munditia sit castitátis in corpore, & lumen veritátis in operatione. Redemptóri etenim nostro unum sine áltero placere nequáquam potest; si aut is qui bona agit, adhuc luxúriæ inquinamenta non déserit; aut is qui castitate præéminet, necdum se per bona ópera exercet.

*Leçtio viij.*

**N**EC castitas ergò magna est sine bono ópere; nec opus bonum est aliquod sine castitate. Sed & si utrumque ágitur, restat ut quisquis ille est, spe ad supernam pátriam tendat, & nequáquam se à vitis pro mundi hujus honestate contineat. Qui etsi quædam bona aliquando pro honestate inchoat, in ejus tamen intentione non debet permanere, nec per bona ópera præsentis mundi glóriam quærere; sed totam spem in redemptóris sui adventum constituat. Unde & prótinus súbditur: Et vos similes hominibus

expectántibus dóminum suum, quando revertátur à nuptiis. Ad nuptias quippe Dóminus ábiit; quia resurgens à mórtuis, ascendens in cœlum, supernam sibi Angelórum multitudinem novus homo copulávit. Qui tunc revértitur, cum nobis jam per judicium manifestátur.

*Leçtio ix.*

**B**ENE autem de servis expectántibus súbditur: Ut, cum vénerit & pulsáverit, confestim apériant ei. Venit Dóminus, cum ad judicium próperat: pulsat verò, cum jam per ægritudinis moléstias mortem vicinam esse designat. Cui confestim aperimus, si hunc cum amore suscipimus. Aperire enim júdici pulsanti non vult, qui exire de corpore trépídat; & videre eum, quem contempnissse se meminit, júdicem formídat. Qui autem de sua spe & operatione securus est, pulsanti confestim áperit, quia lætus júdicem sústinet; & cum tempus propinquæ mortis advénerit, de glória retributiónis hilarescit.

**A D L A U D E S.**

**CANTICUM.** *Eccli. 2.*

**Q**ui timétis Dóminum, créдите illi; \* & non evacuábitur merces vestra.

Qui timétis Dóminum, speráte in illum; \* & in  
Giv

oblectatióem veniet vobis misericórdia.

Qui timétis Dóminum, diligite illum; \* & illuminabuntur corda vestra.

Respícite, filii, nátiónes hóminum; \* & scitóte quia nullus íperávit in Dómino, & confúsus est.

Quis enim permansit in mandátis ejus, & derelictus est? \* aut quis invocávit eum, & despexit illum?

Quóniam pius & miséricors est Deus, & remittet in die tribulatiónis, peccáta; \* & protector est ómnibus exquiréntibus se in veritáte.

*AD VESPER. Psalmi.*  
Dixit. è Dom. Beátus vir.  
*Ibidem.* Laudáte, púeri.  
*Ibid.* Qui confidunt. è Vesp.  
Fer iv. Dómine, non est exaltátum. *Ibid.*

## DOMINICA INTRA OCTAVAM.

### IN III. NOCTURNO.

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

Lectio vij. Cap. 12.

**I**n illo tempore; Dixit Jesus discipulis suis: Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris. Et reliqua.

Homilia sancti Petri Chrysólogi.

**S**int lumbi vestri præcincti. Ibi præcingenda est virtus, ubi voluptas est compréhenda. Nescit vincere vitia corpóris, virtútis cingulum qui depónit. Cincti ergò castitátis bálteo, quod est insigne militiæ Christiánæ, fluxam carnis detruncémus ignáviám; & Regis nostri expectatióne pervigiles, infomes somnum sæculi nesciámus. Non dormiunt, inquit, nisi cum male fecerint. Et lucernæ ardentes

in manibus vestris. Beati in quorum manibus bonorum óperum lucent lucernæ. Sic enim luceat lux vestra coram hominibus, ut videant bona vestra ópera, & magnificent Patrem vestrum qui est in cœlis; & ut lucerna ante óculos, opus bonum in mentibus sic refulget. Et vos similes hominibus expectantibus dóminum suum, quando revertátur à nuptiis. Quia semper nuptiis amicæ sunt faces, lúminum testimonió celebrátur castitas nuptiarum. Sicut enim fugit lucem illícita qui præsumit, sic multiplici coruscet in lúmine licita qui requirit.

Lectio viij.

**V**os similes hominibus expectantibus dóminum suum, quando veniat à nuptiis. Ex quo ad def-



ponendum suam Ecclesiam Christus advénit, thálamus ornátur sponsæ. Et ornátur auro fidei, argento sapiéntiæ, virtúrum gemmis, sanctitatis velis, verecúndiæ rosis, liliis castitatis, pudóris violis: & ad alta cœli pudicitæ templum, fastigium virginitatis attóllitur. Nec desunt Psalmorum citharæ, Prophética órgana, Apostolorum voces, totæque symphóniæ cœlestium nuptiarum. Satis servo somni est,

qui tali & tanto clamóre non ad cœlestis Regis nuptias suscitátur. Ut cum venerit, & pulsáverit confestim apériant ei. Véniens pulsat corda; bene cónsciús aperit, malè cónsciús claudit. Justa mens patefcit ad præmium: injusta, quia non méruit, se præclúdit. Vigilémus ergò, dilectissimi; & beatitudinem quæ séquitur, consequámur.

*Lectio ix. erit de Homilia in Evangelium Dominicæ.*

## D I E O C T A V A.

## IN III. NOCTURNO.

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

*Lectio vij. Cap. 12.*

**I**n illo tempore; Dixit Jesus discipulis suis: Nolite timere, pusillus grex; quia complacuit Patri vestro dare vobis regnum. Et reliqua.

Homilia sancti Petri  
Chrysologi.

*Serm. 22.*

**D**iscipulis suis Christus regnum ponit in premio; ut in certamine non cedant periculis, non timóri. Pericula despicit qui tendit ad regnum: victoriæ cupidus nescit timere. Nolite timere, inquit, pusillus grex; quia complacuit Patri vestro dare vobis regnum. Adjecit quid faciendum sit regnaturis,

Vendite quæ possidētis, & date eleemósynam. Non potest dominári omnibus, nisi is qui propriis non tenetur: dejectæ mentis est, qui familiaris rei meminit, cum vocátur ad regnum.

*Lectio viij. Post pauca.*

**F**acite vobis sácculos quí non veteráscunt, thesaurum non deficientem in cœlo. Homo, tali mónitu Christus te ditare voluit, non nudare: manere tibi tua voluit, non perire: perpetuari, non vacuari sácculos imperávit: iussit te transferre, non perdere. O homo, si híc permansurus es, quæ tua sunt híc repone: si illuc iturus es, híc quæ tua sunt cur derelinquis? Ubi enim thesaurus vester est, ibi & cor

vestrum erit. Præmitte thesaurum tuum in cælos, ne cœlestem animam demergas in terram; aurum de profundo terræ, anima ab excelsis cœli: melius proinde est ad sedem animæ deferri aurum, quam in sepulcro auri anima demergatur. Exutos ergo totis divitiarum curis, & jam per omnia expeditos, militare sibi in sæculo jubet, quos regnare donavit in cælo.

*Lectio ix. Serm. 23.*

**C**ontristatus es, quia quod habes, in cælis

cogeris collocare. Rogo, crede Deo tuo, qui servo credis; & magis Deo quam homini commenda. Sed si times, ne quid inde præsumat, ne quid dispergat pietas largitoris, signa fidei annulo sacculos tuos; ut tali custode dormias sic securus: quia ubi ille est, ibi locus nullus est furi. Non poterit tibi pecuniam tuam denegare, qui tibi omnia sua contulit, qui te regni sui honore ditavit & gloriâ.

D I E F E S T O

P R O V I R G I N I B U S .

*IN I. NOCTURNO.*

*Pf.* Dómine Dómius noster. *Fer. ij. ad Primam.*  
*Pf.* Cœli enarrant. *integer.*  
*Fer. iij. ad Off. Noct.* *Pf.*  
Dómini est terra. *Fer. iij.*  
*ad Laudes.*

De Epistola prima beati Pauli Apóstoli ad Corinthios.

*Lectio i. Cap. 7.*

**D**E virginibus præceptum Dómini non habeo: consilium autem do, tanquam misericórdiam consecutus à Dómino, ut sim fidelis. Existimo ergo hoc bonum esse propter instantem necessitatem, quóniam bonum est homini

sic esse. Alligatus es uxóri? Noli quærere solutióem. Solutus es ab uxóre? Noli quærere uxórem. Si autem accéperis uxórem, non peccasti: & si nupserit virgo, non peccavit. Tribulationem tamen carnis habebunt hujúsmodi. Ego autem vobis parco. Hoc itaque dico, fratres: tempus breve est. Reliquum est, ut & qui habent uxóres, tanquam non habentes sint: & qui flent, tanquam non flentes: & qui gaudent, tanquam non gaudentes: & qui emunt, tanquam non possidentes: & qui utuntur hoc mundo,

tanquam non utantur ; præterit enim figura hujus mundi.

*Lectio ij.*

**V**Olo autem vos sine sollicitudine esse. Qui sine uxore est, sollicitus est quæ Dómini sunt, quomodo placeat Deo. Qui autem cum uxore est, sollicitus est quæ sunt mundi, quomodo placeat uxóri ; & divisus est. Et mulier innupta & virgo cogitat quæ Dómini sunt, ut sit sancta corpore & spiritu. Quæ autem nupta est, cogitat quæ sunt mundi, quomodo placeat viro. Porro hoc ad utilitatem vestram dico ; non ut laqueum vobis injiciam, sed ad id quod honestum est, & quod facultatem præbeat sine impedimento Dóminum obsecrandi.

*Lectio iij.*

**S**I quis autem turpem se vidéri existimat super virgine sua, quod sit superadulta, & ita oportet fieri : quod vult faciat ; non peccat, si nubat. Nam qui statuit in corde suo firmus, non habens necessitatem, potestatem autem habens suæ voluntatis, & hoc judicavit in corde suo servare virginem suam, bene facit. Igitur & qui matrimonio jungit virginem suam, bene facit ; & qui non jungit, melius facit. Mulier alligata est

legi, quanto tempore vir ejus vivit. Quod si dormierit vir ejus, liberata est : cui vult nubat, tantum in Dómino. Beatior autem erit si sic permanserit, secundum meum consilium. Puto autem quod & ego Spiritum Dei habeam.

*IN II. NOCTURNO.*

*Pf. Eructavit. integer ; Sabb. ad Tert. Pf. Deus noster refugium. Sabb. ad Sext. Pf. Magnus Dóminus. Sabb. ad Sext.*

Ex libro sancti Cypriani Episcopi & Martyris, de disciplina & habitu Virginum.

*Paulo post initium.*

*Lectio iv.*

**N**unc nobis ad Virgines sermo est, quarum quod sublimior gloria est, major & cura est. Flos est ille Ecclesiastici germinis, decus atque ornamentum gratiæ spiritalis, læta in dolens, laudis & honoris opus integrum atque incorruptum, Dei imago respondens ad sanctimoniam Dómini, illustrior portio gregis Christi. Gaudet per illas, atque in illis largiter floret Ecclesiæ matris gloriosa fecunditas : quantoque plus copiosa virginitas numero suo addit, tanto plus gaudium matris augetur.



## Lectio v.

**A**D has loquimur, has adhortamur affectione potius quam potestate: non quoddam extremi & minimi, & humilitatis nostrae admodum conscius, aliquid ad censuram licentiae vindicemus; sed quoddam ad sollicitudinem magis cauti, plus de diaboli infestatione timeamus. Neque inanis haec cautio est, & yana formido, quae ad salutis viam consulit, quae Dominica & vitalia praecepta custodit; ut quae se Christo dicaverint, & a carnali concupiscentia recedentes, tam carne, quam mente se Deo voverint, consumment opus suum magno praemio destinatum: nec ornari iam, aut placere cuiquam, nisi Domino suo, studeant; a quo & mercedem virginitatis expectant, dicente ipso: Non omnes capiunt verbum, sed illi quibus datum est.

## Lectio vj.

**D**Enud quoque per hanc Angeli vocem continentiae munus ostenditur, virginitas praedicatur. Hi sunt, inquit, qui cum mulieribus se non coinquinaverunt; virgines enim permanserunt: hi sunt qui sequuntur Agnum quocumque ferit. Neque enim tantum masculis continentiae gratiam Dominus repro-mittit, & feminas prae-

rit: sed quoniam femina viri portio est, & ex eo sumpta atque formata est; in Scripturis ferè omnibus ad protoplastum Deus loquitur, quia sunt duo in carne una, & in masculino simul significatur & femina. Quod si Christum continentia sequitur, & regno Dei virginitas destinatur; quid est illis cum terreno cultu & cum ornamentis, quibus dum hominibus placere gestiunt, Deum offendunt?

## IN III. NOCTURNO.

*Pf.* Cantate Domino..... cantate. *Fer. ij. ad Tert.*  
*Pf.* Dominus regnavit; exultet. *Fer. iij. ad Laudes.*  
*Pf.* Cantate Domino..... quia. *Fer. ij. ad Sext.*

Lectio sancti Evangelii secundum Matthaeum.

## Lectio vij. Cap. 25.

**I**n illo tempore; Dixit Jesus discipulis suis parabolam hanc: Simile erit regnum caelorum decem virginibus, quae accipientes lampades suas exierunt obviam sponso & sponsae. Et reliqua.

Homilia sancti Gregorii Papae.

## In Evang. Homil. 12.

**O**Mnes lampades habent, sed omnes oleum non habent; quia plerumque bona in se opera cum electis & reprobi ostendunt: sed soli ad sponsum cum oleo veniunt; quia de his quae foris egerint, intus

glóriam requirunt. Unde per Psalmistam quoque de sancta Electórum Ecclésia dicitur : Omnis glória ejus filíæ Regis ab intùs. Moram autem faciente sponso, dormitavérunt omnes & dormiérunt ; quia dum venire Judex ad extrémum júdicium differt, electi & réprobi in mortis somno fopiuntur.

*Lectio viij. Post pauca.*

**D**E adventu sponsi clamor in média nocte fit ; quia sic dies júdicii furrépit, ut prævidéri non váleat quando venit. Unde scriptum est : Dies Dómini sicut fur in nocte, ita véniet. Tunc omnes Virgines furgunt ; quia & electi & réprobi à somno suæ mortis excitantur. Lámpades ornant ; quia sua secum ópera númerant, pro quibus æternam recíperé beatitúdinem expectant. Sed lámpades fatuárum Virginum extinguuntur ; quia eárum ópera quæ clara homínibus foris apparuérunt, in adventu Júdicis intùs obscurantur ; & à Deo retributióne non invéniunt, quia pro eis recepérunt ab homínibus laudes quas amavérunt.

*Lectio ix.*

**Q**uid est autem quòd tunc à prudentibus óleum petunt, nisi quòd in adventu Júdicis, cum se intùs vácuas invénerint,

testimónium foris quarunt ? Sed prudentes Virgines respondent, dicentes : Ne fortè non sufficiat nobis & vobis, ite potiùs ad vendentes, & émite vobis. Sed dum irent émere, venit sponsus ; quæ autem paratæ erant, intravérunt cum eo ad núptias : & clausa est jánuæ. O ! si sápere in cordis paláto possis, quid admiratiónis habet quod dicitur, Venit sponsus ? quid dulcédinis, Intravérunt cum eo ad núptias ? quid amaritúdinis, Et clausa est jánuæ ? Tunc regni jánuæ lugéntibus claudétur, quæ modò quotidie pœniténtibus aperitur : erit namque & tunc pœniténtia ; sed fructuósa jam non erit, quia nequáquam tunc véniam invenit, qui modò aptum véniaæ tempus perdit.

AD LAUDES.

CANTICUM. *Is. 61.*

**G**Audens gaudébo in Dómino, \* & exultábit ánima mea in Deo meo ;

Quia induit me vestimentis salútis, \* & indumento jústitiæ circúmdedit me,

Quasi sponsum decorátum coronâ, \* & quasi sponsam ornátam monilibus suis.

Sicut enim terra profert germen suum, \* & sicut hortus semen suum géminat ;

Sic Dóminus Deus germinábit jústitiam, \* &

laudem coram universis  
géntibus.

AD VESP. Psalmi de  
Officio Parvo B. M. V.

DOMINICA INTRA OCTAVAM.

IN III. NOCTURNO,

Lectio sancti Evangelii se-  
cundum Matthæum.

Lectio vij. Cap. 25.

**I**N illo tempore; Dixit  
Jesús discipulis suis pa-  
rabolam hanc: Simile erit  
regnum cœlorum decem  
virginibus, quæ accipien-  
tes lampades suas exierunt  
obviam sponso & sponsæ.  
Et reliqua.

Homília sancti Hilarii  
Episcopi.

In Matth. Cap. 27.

**L**ampades, animarum  
splendentium lumen  
est quæ sacramento Baptis-  
mi splenderunt. Oleum,  
boni operis est fructus.  
Vasa, humana sunt cor-  
pora, intra quorum vis-  
cera thesaurus bonæ con-  
scientiæ recondendus est.  
Vendentes, sunt hi qui mi-  
sericordiâ fidélium indigen-  
tes, reddunt ex se perita  
commèrcia; indigentiæ suæ  
scilicet satietate, boni ope-  
ris nostri conscientiam vœ-  
neutes. Nuptiæ, immor-  
talitatis assumptio est, &  
inter corruptionem atque  
incorruptionem ex nova  
societate conjunctio. Mora  
sponsi, poenitentiae tempus  
est. Expectantium somnus,  
credentium quies est, &  
in poenitentiae tempore

mors temporaria universò-  
rum. Nocte mediâ clamor  
cunctis ignorantibus, tu-  
bæ vox est Dòmini præce-  
dentis adventum, & uni-  
versos ut obviam sponso  
éxeant excitantis. Lampadum  
assumptio, animarum  
est réditus in corpora:  
earumque lux, conscientia  
boni óperis elucens, quæ  
vâsculis corporum conti-  
nétur.

Lectio viij.

**P**rudentes Virgines, hæ  
sunt, quæ opportu-  
num in corpóribus operan-  
di tempus amplexæ, in  
primum se occursum ad-  
ventus Domínici præpará-  
verint. Fátuæ autem, quæ  
dissolutæ ac negligentes,  
præséntium tantum sollici-  
tudinem habúerint; &  
immémores promissórum  
Dei, in nullam se spem  
resurrectiónis exténderint.  
Et quia prodire obviam fá-  
tuæ, extinctis lampádibus,  
non possunt, deprecantur  
eas quæ prudentes erant,  
ut óleum mútuent. Quibus  
respondérunt non posse se  
dare, quia non sit fortè  
quod ómnibus satis sit;  
aliénis scilicet opéribus ac  
méritis néminem adjuvan-  
dum, quia unicúque lám-  
padi suæ émere óleum sit



neceſſe. Quas hortantur ut rédeant ad emendum, ſi vel ſerò præceptis Dei obſequendo, cum lámpadum luce, ſponſi dignæ efficiantur occurſu. Quibus morantibus, ſponſus ingreſſus eſt: atque unà cum eo in nuptias, ſapientes, quæ comparáto lámpadum lumine opperiebantur, intróeunt; id eſt, in cœleſtem glóriam ſub ipſo ſta-

tim adventu Domínicæ claritátis incédunt. Et quia jam poenitentiæ nullum eſt tempus, fátuæ occurrunt, aperiri ſibi áditum rogant; quibus reſpondetur à ſponſo quia Néſcio vos: non enim in officio advenientis affúerant, neque ad vocem tubæ excitantis occurrerant.

*Lectio ix. de Homilia ix.  
Evangelium Dominicæ.*

## D I E O C T A V A.

## IN III. NOCTURNO.

*Lectio ſancti Evangelii ſecundum Matthæum.*

*Lectio vij. Cap. 19.*

**I**N illo tẽpore; Venit Jeſus in fines Judææ trans Jordánem: & ſecútæ ſunt eum turbæ multæ, & curávit eos ibi. Et reliqua.

*Homília ſancti Joannis Chryſoſtomi.*

*In Matth. 63.*

**C**Hriſtus, quia ad virginitatem hortári grave eſſe videbátur, à neceſſitate legis de non ſolvendo matrimonio ad cupiditatem virginitatis tráhere ſtudet. Deinde ut eam eſſe poſſibilem oſtendat, dixit: Sunt eunúchi qui ex ventre matris ſic nati ſunt, & ſunt qui ab homínibus eunúchi facti ſunt, & ſunt qui ſeipſos eunúchos fecerunt propter regnum cœlorum. Quibus ómnibus,

latenter ipſos ad eligendam virginitatem indúcit, dum eam virtutem eſſe poſſibilem áſtruit. Cùm autem dicit, Qui ſeipſos eunúchos fecerunt, non de abſciſſione membrórum dicit; ſed pravárum mentis cogitationum intermptionem intélligit. Nam qui membrum incidit, maledictióni ſubjectus eſt, ut Paulus ait: Utinam & abſcindantur qui vos conturbant!

*Lectio viij. Poſt pauca.*

**C**ontinentia enim mentis facit ut motus naturales nullum áfferant animæ detrimentum. Cùm igitur eódem modo dixerit de illis eunúchis, qui niſi étiam ipſi mente ſe contineant, fruſtrá & inutiliter tales ſunt, ac de illis qui ut regnum cœlorum conſequantur, ſe contémunt; ſubjuxit ruruſ, dicens: Qui poteſt cápere, cápiat.

Scilicet, ut alacriores efficiat eo ipso quod grave esse opus ostendit. Noluitque eam rem intra necessitatem legis concludere, & id quidem per ineffabilem benignitatem suam. Idque dicendo, adhuc magis demonstrat rem illam esse possibilem; ut eò amplius ipsam eligendi desiderium in voluntate gignatur.

*Lectio ix.*

**S**ed si electionis istud est, inquires; quomodo antea dixit: Non omnes capiunt, sed quibus datum est? Scilicet ut discas id esse magnum certamen, non sorte datam necessitatem: illud enim vo-

lentibus datum est. Quod ideo dixit, ut ostenderet superiore nobis auxilio opus esse (quod quidem omnibus illud petentibus paratum est,) si volumus in hac luctatione superiores evadere. Mos enim ipsi erat sic loqui, quodcumque res ardua proponebatur; velut cum dicebat: Vobis datum est nosse mysteria. Et hoc ita esse præsens locus manifestat. Nam si supernæ tantum donationis istud est, ac nihil conferunt qui virginitatem profitentur, superflue ipsis regnum cælorum pollicitus est.

D I E F E S T O

P R O S A N C T I S M U L I E R I B U S .

*IN I. NOCTURNO.*

*Pf. Cæli enarrant. integer. Fer. iij. ad Off. Noct.*

*Pf. Dominus regit me. Fer. v. ad Sext. Pf. Ad te, Domine, clamabo. è III. Noct.*

*Dom.*

De Parabolis Salomónis.

*Lectio j. Cap. 31.*

**M**ulierem fortem quis inveniet? Procul & de ultimis finibus pretium ejus. Confidit in ea cor viri sui, & spoliis non indigebit. Reddet ei bonum,

& non malum, omnibus diebus vitæ suæ. Quæsit lanam & linum, & operata est consilio manuum suarum. Facta est quasi navis institoris, de longè portans panem suum. Et de nocte furrexit, deditque prædam domesticis suis, & cibaria ancillis suis. Consideravit agrum, & emit eum: de fructu manuum suarum plantavit vineam. Accinxit fortitudine lumbos suos, & roboravit brachium suum.

## Lectio ij.

**G**ustavit, & vidit quia bona est negotiatio ejus : non extinguetur in nocte lucerna ejus. Manum suam misit ad fortia, & digiti ejus apprehenderunt fufum. Manum suam aperuit inopi, & palmas suas extendit ad pauperem. Non timebit domui suae a frigoribus nivis; omnes enim domestici ejus vestiti sunt duplicibus. Stragulatam vestem fecit sibi: byssus & purpura indumentum ejus. Nobilis in portis vir ejus, quando sederit cum senatoribus terrae. Sindonem fecit, & vendidit; & cingulum tradidit Chananæo.

## Lectio iij.

**F**ortitudo & decor indumentum ejus, & ridebit in die novissimo. Os suum aperuit sapientiae, & lex clementiae in lingua ejus. Consideravit semitas domus suae, & panem otiosa non comedit. Surrexerunt filii ejus, & beatissimam predicaverunt; vir ejus, & laudavit eam. Multae filiae congregaverunt divitias; tu supergressa es universas. Fallax gratia, & vana est pulchritudo; mulier timens Dominum ipsa laudabitur. Date ei de fructu manuum suarum, & laudent eam in portis opera ejus.

## IN II. NOCTURNO.

*Pf.* Exaltrabo te, Domine.

*è iij. Noct. Dom. Pf.* Dixi: Custodiam. *integer. Fer. v. ad Complet. Pf.* Quid gloriaris. *Fer. vj. ad Offic. Noct.*

Sermo sancti Augustini Episcopi.

*Lib. de ver. Relig. Cap. 41.*

## Lectio iv.

**V**Incamus cupiditates, vel blanditias, vel moléstias, si viri sumus. Nobis ducibus & ipsa erit melior; nec jam cupiditas, sed temperantia nominabitur. Nam cum ipsa ducit, nos autem sequimur, cupiditas illa & libido, nos verò temeritas & stultitia nuncupamur. Hoc & feminis praecipitur potest, non maritali, sed fraterno jure; quo jure in Christo, nec masculus, nec femina sumus. Habent enim illae virile quiddam unde femineas subjungunt voluptates, unde Christo ferviant, & imperent cupiditati.

*Serm. 59. de diversis.*

## Lectio v.

**T**res vitae sunt in Ecclesia membrorum Christi: conjugalis, vidualis, virginalis. Quia ipsae vitae, ipsae pudicitiae futurae erant in sanctis membris Christi, omnes istae vitae tres attestatae sunt Christum. Prima conjugalis. Quando Maria virgo concipit, Elizabeth uxor Zachariae & ipsa conceperat. Hujus Judicis praecognitionem ferabat in utero.



Venit ad eam sancta Maria tanquam ad cognatam suam salutandam. Exultavit infans in útero Elizabeth. Ille exultavit, illa prophetauit. Habes attestantem pudicitiam conjugalem. Ubi viduális? In Anna. Audistis quòd esset sancta Prophetissa, vidua octoginta & quatuor annòrum, quæ septem annis vixerat cum viro suo, frequentans templum Dòmini, ferviens in orationibus nocte & die. Et ipsa vidua agnovit Christum: vidit parvum, agnovit magnum, & ipsa attestata est. Habes & in ista vitam vidualem, in Maria virginalem.

*Lectio vj.*

**E**Ligat sibi quisque de istis tribus quam voluerit. Qui præter istas esse voluerit, in membris Christi esse non dispònit. Non dicant conjugatæ: Nos ad Christum non pertinemus: habuerunt maritos sanctæ feminae. Non se extollant Virgines. Quantò magnæ sunt, humiliant se in omnibus: omnia exempla salutis propòsita sunt ante oculos nostros. Nemo exorbitet: si pudicitiam conjugalem quæris, habes Susannam; si vidualem, habes Annam; si virginalem, habes Mariam.

*IN III. NOCTURNO.*

*Pf.* Exaudi, Deus, deprecationem. *Fer. vj. ad Off.*

*Noct. Pf.* Quàm bonus. *integer. Fer. ij. ad Nonam. Pf.* Misericordiam. *Fer. iij. ad Off. Noct.*

*Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.*

*Lectio vij. Cap. 10.*

**I**N illo tempore; Intravit Jesus in quoddam castellum: & mulier quædam, Martha nomine, excepit illum in domum suam. Et reliqua.

*Homilia sancti Ambrósii Episcopi.*

*Lib. 1. Comment. in Luc. n. 9.*

**E**St nonnunquam in intentione plus quam in actione, aut plus in actione quam in intentione, ut in Evangelio cernimus inter sanctam Mariam & Martham fuisse distantiam. Alia enim verbum audiebat: alia festinabat circa ministerium. Quæ stetit, & ait: Dòmine, non est tibi curæ quòd dereliquit me soror mea solam ministrare? Dic ergò illi ut me adjuvet. Et dixit illi Dòminus: Martha, Martha, Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea. Ergò in altera intentionis studium, in altera actionis ministerium redundabat. Utrique tamen utriusque virtutis studium suppetebat; siquidem & Martha, nisi audisset verbum, ministerium non subiisset: & Maria tantum gratiæ de

utriusque rétulit perfectió-  
ne virtútis , ut úngeret  
pedes Jesu , & térgeret ca-  
pillis , & totam domum  
suæ fidei odóre compléret.  
Ideò ergò utriusque virtútis  
plenitúdo quærenda est.

*Lib. 7. num. 84.*

*Leçtio viij.*

**R**eligiosa mentis intencio  
Dei verbo , si cum fide  
congruat , etiam ipsis opé-  
ribus antefertur , juxta  
quod & híc scriptum est :  
María optimam sibi partem  
elegit , quæ non auferetur  
illi. Studeamus & nos há-  
bere quod nemo nobis pos-  
sit auferre ; non ut per-  
functoria , sed diligens au-  
diencia deferatur. Solent  
enim etiam ipsius femina  
verbi coelestis auferri , si  
secus viam sint feminata.  
Agat te , sicut Mariam ,  
desiderium sapientiae ; hoc  
enim majus , hoc perfectio-  
nis opus ; nec ministerii  
cura cognitionem verbi coe-  
lestis avertat ; nec arguas  
eos , aut otiosos iudices  
quos videas studere sapien-  
tiae. Hanc enim sibi coha-  
bitantem Salomon ille pa-  
cificus adscivit.

*n. 86. Leçtio ix.*

**N**ec Martha tamen in  
bono ministerio re-  
prehenditur ; sed María  
quod meliorem partem sibi  
elegerit , antefertur. Jesus  
enim multis abundat , &  
multa largitur : & ideò  
sapientior quis iudicatur ,

quia quod principale ad-  
vertit , elegit. Denique &  
Apóstoli optimum non pu-  
taverunt relinquere Dei  
verbum , & ministrare  
mensis. Sed utrumque mu-  
nus sapientiae est : nam &  
Stéphanus plenus sapientia  
minister electus est. Et ideò  
qui ministrat , doctóri dé-  
ferat ; & ministrantem doc-  
tor invitet & provocet.  
Unum enim est corpus Ec-  
clesiae , etsi diversa mem-  
bra , & alterum altero  
eget. Non potest dicere  
oculus manui : Opera tua  
non desidero ; aut iterum  
caput pedibus , aut aurícula  
se negare esse de corpore.  
Nam etsi alia principalia ,  
tamen alia necessaria. Sa-  
pientia in capite , actus in  
manibus. Oculi enim sa-  
pientis in capite ejus ; quia  
ille verè sapit , cujus ani-  
mus in Christo est , & cu-  
jus interior oculus erigitur  
ad superna. Et ideò sapien-  
tis oculi in capite ipsius ;  
stulti autem in calcaneo.

**A D L A U D E S.**

**CANTICUM. Prov. 31.**

**O**s suum aperuit sapien-  
tiae ( mulier fortis , ) \*  
& lex clementiae in lingua  
ejus.

Consideravit femitas do-  
mūs suæ , \* & panem o-  
tiosa non comedit.

Surrexerunt filii ejus , &  
beatissimam praedicave-  
runt ; \* vir ejus , & lauda-  
vit eam.

Multæ filiæ congregaverunt divitias : \* tu supergressa es universas.

Fallax grátia , & vana est pulchritúdo : \* múlter timens Dóminum ipsa laudábitur.

Date ei de fructu má-

num suarum ; \* & laudent eam in portis ópera ejus.

*AD VESP.* Psalmi , Dixit. è Dom. Laudáte , púeri. *ibid.* Ad te levávi. è *Vesp. Fer. iv.* Nisi Dóminus. *Fer. ij. ad Vesp.* Beati omnes. *Sabb. ad Vesp.*

## DOMINICA INTRA OCTAVAM.

### IN III. NOCTURNO.

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

Lectio vij. Cap. 10.

**I**N illo tempore ; Intrávit Iesus in quoddam castellum : & múlter quædam , Martha nómine , excépit illum in domum suam. Et reliqua.

Homília sancti Basílii Epíscopi.

Constit. Mon. Cap. 1.

**M**Artha Dóminum súscipit ; María sedet secus pedes ejus. In duábus soróribus bona propensæ voluntátis alacritas. Distingue tamen officia. Martha ministrábat ; præparábat quæ ad corporális convívii usum opportúna erant. María verò sedens secus pedes ejus ; audiébat verbum illius. Altera reficiébat quod óculis subjectum erat ; altera ei quod est invisibile serviébat. Nam qui áderat , Deus verè & homo erat. Idem ipse Dóminus ambárum mulierum propensam voluntátem approbábat. Céterum Martha labóre

pressa Dóminum rogat intercedere velit , ut Mariám sorórem suam óperis adjutricem hábeat : Dic , inquit , illi , ut me ádjuvet. At non permísit Christus , sic ad eam loquens : Turbáris circa plúrima. Porrò pauca necessária sunt , sive unum. Pauca quæ nimírum ad apparatus spectant ; unum nempè finis ac scopus , ut necessitati satis fiat. Ita Dóminus neque illam á suscepto ministério avocávit , & huic débitam laudem rependit , ab iis scilicet quibus intenta erat.

Lectio viij.

**V**ide igitur duas partes , duoque vitæ génera duárum mulierum símbolo designata , unum inferioris notæ , potius álterum ac superius. Inferius corporále ministérium , ( quam illo summópere opus est , ) superius contemplationem mysteriórum ; quæ cum tota spiritalis sit , potior evidenter existit. Hæc tu áudiens spiritaliter accipe , ac quod mavis élige.



Ministra, si velis, Christi corpore; nam ipse dixit: Quod uni ex istis fecistis, mihi fecistis. Sive enim hospitem receperis, sive pauperem refeceris, sive infirmo ministraveris, Christus hæc in se recipit. Si vis pauperibus ministrare, curare infirmos, Marthæ sedulam operam pro norma accipe. Quod enim feceris in servos Christi, in Christum refertur. Sin autem Mariam velis imitari quæ reliquit corporale ministerium, atque ad spirituum documentorum contemplationem ascendit, rem sin-

cero animo exequere. Relinque corpus, ac ciborum curam negligere. Sede secus pedes Domini, ac audi illius verba, ut Deitatis mysteriorum particeps efficiaris. Contemplatio enim documentorum Jesu corporis ministerio longè præcellit. Accepisti exempla: æmulare quod velis. Aut pauperibus ministra, aut documenta Christi studiosius ama & investiga. Si autem potes ambo æmulari, utrinque salutis fructum certius reportabis.

*Lectio ix. de Homil. in Evang. Domin. occur.*

## D I E O C T A V A.

## IN III. NOCTURNO.

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

*Lectio vij. Cap. 13.*

**I**n illo tempore; Dixit Jesus: Cui simile æstimabo regnum Dei: Simile est fermento quod acceptum mulier abscondit in farinæ fata tria. Et reliqua.

Homilia sancti Joannis Chrysostomi.

*Serm. 99.*

**C**ui simile, inquit, æstimabo regnum Dei? Sic dicendo appendit animos auditorum, & attentos reddit stupore toto; quid regno Dei, quid imperio divino valeat comparari? Atque illis mente

permulta & magna pervagantibus, cæli Dominus, in hospitio pauperis, in manipulo stricis mulieris regni sui invenit & format exemplum; dicendo: Simile est regnum cælorum fermento quod acceptum mulier abscondit in farinæ mensuris tribus, donec fermentatum est totum. Antè regnum suum grano sinapis comparabat; nunc illud efficit simile fermento. Antè sinapis granum memorat accepisse virum, mulierem nunc asserit accepisse fermentum. Dicit antè exiguum semen virum fuisse in magnæ arboris incrementum, mulierem modo fermentum breve ad

profectum totius massæ abscondisse manifestat. Verè sicut dixit Apóstolus Paulus, neque vir sine muliere, neque mulier sine viro in Dómino. Ad unum regnum diversum sexum vária similitúdo perdúcit; neque virum séparat à muliere vocátio christiána, quos Deus conjungit, natúra sociat, ac mirá similitúdine símiles reddit hábitus, spécies única componit.

*Lectio viij.*

**S**ed quare has similitúdi-  
nes regni sui, Dóminus per virum producit & féminam? Quare majestátem tantam tam vilibus, tam dispáribus format exemplis? Fratres, pretiósus latet in hac vilitate mystérium, dicente Apóstolo: Mystérium hoc magnum est; ego autem dico in Christo, & in Ecclesiá. Comparationibus istis humani generis negotium géritur principále; per virum & féminam mundi causa séculis tractata finitur. Adam primus homo, mulier prima Eva, ab árbore sciéntiæ boni & mali ad Evangélici sinápis árborem deducuntur; ut oculos quos illecebrósa arbor aperiendo cláuserat, sinápis arbor grani sui collyrio & acritúdine ipsá, dum claudit, aperíret; ut ora quæ venenosæ árboris gustus infecerat, salutáris

arbor flámmeo gustus sui sapore sanáret, & ista arbor igneo pastu suo conscientiam toto conversatiónis suæ ardóre succenderet, quam frígidam illa toto jam rigóre perfecerat. Neque híc jam vel alget, vel confunditur nuditás, ubi hómínem totum tegit vénia, fidei facit calére vestitus.

*Lectio ix.*

**S**ed hoc per granum sinápis quod acceperat vir, confertur féminæ. Quid verò per fermentum quod accepit mulier, confertur hómíni, sollicitiús perscrutémur. Simile est, inquit, regnum Dei fermento quod acceptum mulier abscondit in *farinæ mensuris tribus*. Mulier accepit à Deo fermentum fidei, quæ acceperat à diabolo perfidiæ fermentum; abscondit in mensuris tribus, hoc est in tribus hómínum temporibus, quod est ab Adam usque ad Noë, à Noë usque ad Móysen, à Móyse usque ad Christum; ut mulier quæ corruperat fermento mortis in Adam totam massam generis humani, fermento resurrectiόνis totam carnis nostræ massam redintegráret in Christo; ut mulier quæ confecerat panem gémitus & sudoris, panem vitæ cóqueret & salutis, & esset ómnium vivéntium mater vera per Christum, quæ erat in Adam mater ómnium mortuórum.

---

SUPPLEMENTUM  
AD BREVIARIUM  
TOLOSANUM.

---

DIE XXXI. OCTOBRIS.

I N V I G I L I A

O M N I U M S A N C T O R U M .

[ Si venerit in Dominica, Officium fit de Dominica usque ad  $\Psi$ . tertii Nocturni exclusivè : reliqua de Vigilia, id est, septima & octava Lectio de Evangelio cum Homilia Vigiliæ, ut infra, divisione factâ ad asteriscum [\*]. Lectio ix. de Evangelio & Homilia Dom. occurrentis. RRR. ut infra ; & dicitur Te Deum.

AD LAUDES & HORAS, Psalmi de Dominica, cum Commem. Dominicæ occurrentis : reliqua de Vigilia. Non dicitur ad Primam Symbol. Quicumque.]

¶ Si Vigilia ista venerit in Feriis, Officium fit ut seq.  
AD OFFICIUM NOCT.

Simplex.

Invit. Dóminum reddentem Justis mercédem laborum suorum, \* Ve-

níte, adorémus Sap. 10.

Ps. 94. Veníte. 2.

H Y M N U S.

Q Uam prævenimus canticis,

Húc festa nos dies vocat,  
Ubi suos, post prælia,  
Deus coronat milites.

Non ille fluxas ac leves  
Vincéntibus dat láureas,  
Sed lucis æternæ decus,  
Et pura semper gáudia.

Hos nempe coelo júgibus  
Palmis onustos invehit,  
A se datæ victoriæ  
Futúrus ipse præmium.

Húc ergò se spes érigat,  
Húc vota tendant ómnia ;  
Nec térreat brevis labor,  
Æterna quos merces maner.

Hanc qui tenétis, Cœlites,

Nobis adhuc certántibus  
Adeste, dùm vestris Deus



Jungat triumphantes cho-  
ris.

Tunc hostibus mens lí-  
bera

Pleno fruétur ótio ;

Et in tuo non desinet

Sinu, Deus, quiescere.

Æterna merces Cœli-  
tum,

Jesu, tibi sit glória

Cum Patre, cumque Spí-  
ritu,

In sempiterna secula.

Amen.

*Psalmi & Antiphonæ de  
Feria occurrente.*

℣. Judícia Dómini vera :

℞. In custodiendis illis re-  
tributio multa. *Pf. 18.*

*Lectiones duæ priores de  
Scriptura occurr. è tribus  
sunt duæ.*

*Post j. Lect. ℞. Justi in  
perpétuum vivent, &  
apud Dóminum est merces  
eorum, & cogitatio illó-  
rum apud Altíssimum :  
ídeo \* Accipient regnum  
decóris, & diadéma spe-  
ciéi de manu Dómini. ℣.  
Corónam justitiæ reddet  
justus Judex iis qui díligunt  
adventum ejus : \* Acci-  
pient. *Sap. 5. 2. Tim. 4.**

*Post ij. Lect. ℞. Cón-  
fluent ad bona Dómini,  
eritque ánima eorum quasi  
hortus irriguus ; & \* Pópu-  
lus meus bonis meis adim-  
plébitur, ait Dóminus. ℣.  
Oculus non vidit, nec auris  
audivit, nec in cor hómi-  
nis ascendit, quæ præpa-  
rávit Deus iis qui díligunt*

illum. \* Pópus. *Jerem.  
31. 1. Cor. 2.*

Leção sancti Evangelii  
secundum Lucam.

Leção ij. Cap. 6.

**I**N illo tempore ; Elevá-  
tis Jesus óculis in disci-  
pulos suos, dicébat : Beáti  
páuperes, quia vestrum est  
regnum Dei. Et réliqua.

Homília sancti Ambrósii  
Epíscopi.

*In Luc. Lib. 5.*

**N**unc dicámus quemád-  
modum in quátuor be-  
nedictiónibus sanctus Lu-  
cas benedictiónes fit octo  
complexus. Et quidém sci-  
mus virtútes esse quátuor  
cardinales ; temperántiam,  
justítiam, prudéntiam, for-  
titúdinem. Connexæ sibi  
sunt, concatenatæque vir-  
tútes ; ut qui unam habet,  
plures habere videátur.  
Beáti igitur páuperes spí-  
ritu. Habes temperántiam,  
quæ à peccáto abstinet, secu-  
lum calcat, illecebrósa non  
quærit. Beáti qui esúriunt  
& sítiunt justítiam. Qui  
enim esurit, esurienti com-  
pátitur, compatiendo lar-  
gítur, largiendo fit justus ;  
quia justítia ejus manet in  
æternum. [\*] Beáti qui  
nunc fletis, quia ridébitis.  
Habes prudéntiam, cujus  
est flere occídúa, & ea quæ  
æterna sunt quærere ; lu-  
gére seculária quæ seipsa  
impugnent, Deum pacis  
inquírerere. Beáti éritis, cum  
vos óderint hómines. Ha-  
bes

bes fortitudinem, sed eam quæ non odium meretur ex crimine, sed persecutiõnem patiatur ex fide. Est etiã fortitudinis, iram vincere, indignatiõnemque cohibere. Ergo temperantia, cordis habet animique munditiã, iustitia misericordiam, pacem prudentia, mansuetudinem fortitudo.

R. Beati eritis cum vos oderint homines, & exprobraverint propter Filium hominis: \* Gaudete in illa die, & exultate; † Ecce enim merces vestra multa est in celo. V. Audite me, populus meus: Nolite timere opprobrium hominum, & blasphemias eorum ne metuatis: \* Gaudete. Glõria Patri. † Ecce enim. Luc. 6. If. 51.

Non dicitur Te Deum.

V. Sacerd. Annuntient in Sion nomen Domini, R. Et laudem ejus in Jerusalem. Ps. 101.

### A D L A U D E S.

Semiduplex.

Ant. Adducet filios tuos  
1. g. Ad Dominus ad te,  
Jerusalem, portatos in honore sicut filios regni.  
Baruch. 5.

Ant. 2. Habitabit Deus cum eis; & ipsi populus ejus erunt, & ipse Deus cum eis erit eorum Deus.  
Apoc. 21.

Ant. 3. a. Ponam multitudinem pacis filiis tuis: hæc est hæreditas eorum

apud me, dicit Dominus.  
If. 54.

Ant. 4. E. Benedicti erunt.  
CANTICUM. Apoc. 21. & 22.  
Cælestis Jerusalem gloria & felicitas.

Claritas Dei illuminavit (civitatem sanctam Jerusalem;) \* & lucerna ejus est Agnus.

Et ambulabunt gentes in lumine ejus; \* & reges terræ afferent gloriam suam & honorem in illam.

Et portæ ejus non claudentur per diem, nox enim non erit illic; \* & afferent gloriam & honorem gentium in illam.

Non intrabit in illam aliquod coïnquinatum, aut abominatiõnem faciens & mendacium; \* nisi qui scripti sunt in libro vitæ Agni.

Et omne maledictum non erit amplius; \* sed sedes Dei & Agni in illa erunt.

Et servi ejus serviẽnt illi, & videbunt faciem ejus, \* & nomen ejus in frontibus eorum.

Et nox ultra non erit; \* & non egẽbunt lumine lucernæ, neque lumine solis:

Quoniam Dominus Deus illuminabit illos; \* & regnabunt in sæcula sæculorum.

Glõria Patri, &c.

Ant. Benedicti erunt qui ædificaverint te, Civitas Dei: tu autem lætaberis in filiis tuis. Tob. 13.

Ant. 5. a. Lætitia sempiterna super caput eorum;

H

gáudium & lætítiam obtinéunt, & fugiet dolor & gémitus. *Is. 35.*

CAPITULUM. *Gal. 4.*

**S**ina mons est in Arábia, qui conjunctus est ei quæ nunc est Jerúsalem, & servit cum filiis suis. Illa autem quæ sursùm est Jerúsalem, líbera est, quæ est mater nostra.

H Y M N U S.

**C**ælestis ó Jerúsalem,  
Mansúra semper Cívitas,

O ter beáti, quos tuis  
Cives recondis mœnibus!

Tu pacis æternæ domus,  
Dilecta Sanctorum quies,  
Sedes Deo fruëntium,  
Regis superni cúria.

Hic in throno sedens  
Deus

Cunctos beat præsentia:  
Hic, sol perennis, spléndido  
Afulget Agnus lúmine.

Hác sede quo datur frui,  
Nil dulce turbat ótium:  
Hic unus est Sanctis labor  
Dei vacáre láudibus.

At dùm, procellis líberi,  
Portus beátos occupant,  
Salúte certi de sua,  
Nostræ salúti consulant.

Illinc amáte, Cœlites,  
Cæcum per æquor náufragis  
Vestris adeste frátribus,  
Amíca facti sídera.

¶ Æterna merces Cœlitum,

Jesu, tibi sit glória  
Cum Patre, cumque Spíritu,  
In sempiterna sécula.

Amen.

¶ Justi hæreditábunt terram, *R.* Et inhabitábunt in séculum séculi super eam. *Pf. 36.*

Ad Benedictus.

*Ant. 6.* Complebuntur dies luctus tui, Jerúsalem: pópulus tuus omnes Justii, in perpétuum hæreditábunt terram. *Is. 60.*

Oratio.

**D**omine Deus noster, multiplica super nos grátiam tuam; & quorum prævenimus gloriósa solémnia, tribue subseqúui in sancta professione lætítiam; Per Dóminum.

A D H O R A S.

Duplex-minus.

*Doxologia, ¶ Æterna merces Cœlitum. ut supra ad Laudes.*

A D P R I M A M.

*Ant. 1. g.* Addúcet filios.

*In R. br. ¶.* Qui es Sanctorum tuorum \* merces magna nimis. *Genes. 15.*

A D T E R T I A M.

*Ant. 2.* Habitábit.

CAPITULUM. *Zach. 8.*

**H**æc dicit Dóminus exercituum: Ecce ego salvábo pópulum meum, & addúcam eos, & habitábunt in médio Jerúsalem; & erunt mihi in pópulum, & ego ero eis in Deum in veritate & in justítia.

*R. br.* Deus salvam faciet Sion; \* Et hæreditáte acquirant eam. Deus. ¶. Qui diligunt nomen Dómini, \* habitábunt in ea; \* Et. Gló.



ria Patri. Deus. *Pf. 64.*  
V. Justi confitebuntur nō-  
mini tuo, Dōmine; R. Et  
habitābunt recti cum vultu  
tuo. *Pf. 139.*

A D S E X T A M.

Ant. 3. a. Ponam multi-  
tūdinem.

CAPITULUM. *If. 32.*

**E**Rit opus iustitiæ pax,  
& cultus iustitiæ silen-  
tium, & securitas usquē in  
sempiternum; & sedēbit  
pōpulus meus in pulchritū-  
dine pacis, & in tabernā-  
culis fiduciæ, & in réquie  
opulenta.

R. br. Delectabuntur \*In  
multitudine pacis. Delecta-  
buntur. V. Hæreditas eō-  
rum \* in æternum erit  
\* In. Glória Patri. Delec-  
tabuntur. *Pf. 36.*

V. Abscondes eos, Dō-

mine, in abscondito faciēi  
tuæ; R. A conturbatiōne  
hōminum. *Pf. 30.*

A D N O N A M.

Ant. 5. a. Lætitia.

CAPITULUM. *If. 65.*

**E**Cce ego creo Jerúsalem  
exultatiōnem, & pōpu-  
lum ejus gāudium; & exul-  
tābo in Jerúsalem, & gau-  
dēbo in pōpulo meo; &  
non audiētur in eo ultra vox  
fletūs & vox clamōris.

R. br. Gloriosa dicta sunt  
de te, Cívitas Dei. Glori-  
osa. V. Sicut lætantium  
ōmniū \* habitatio est in  
te, \* Cívitas Dei. Glória  
Patri. Gloriosa. *Pf. 86.*

V. Dōmine, in lumine  
vultūs tui ambulābunt; R.  
Et in nōmine tuo exultā-  
bunt totā die. *Pf. 88.*

E I N I S.





# Pensée de St Bernard

Donnes moi un homme dit ce st qui aime dieu de toute son ame, le prochain autant qu'il a de l'arrou pour dieu, & ses ennemis comme le pouvant aimer quelque jour, qui ait une affection plus tendre pour ceux dont il tire sa naissance temporelle, à cause de la liaison de la nature, & une affection plus abondante pour ceux qui l'ont instruit dans la pieté, à cause de l'excellence de la grace qu'il a reçu par leur moyen, qui se porte vers dieu toutes les autres choses par un amour de dieu réglé selon la sagesse, qui ne prise la terre aspire au ciel, use du monde comme n'en usant point, & qui discerne par un goût intérieur les choses dont il faut jouir, de celles dont il faut simplement user ou ne s'appliquant aux choses passageres que passagerement, & autant qu'il est nécessaire pour en tirer l'usage dont il a besoin, mais en se portant aux choses éternelles par un desir éternel. Donnes moi dis je un tel homme, & je ne ferai point de difficulté de l'appeler sage, parce qu'il goûte les choses suivant ce qu'elles sont, & qu'il peut dire avec vérité & sûreté que dieu a ordonné en lui la charité, mais ou est il ce sage, & ou trouve ton l'assemblage de ses dispositions que nous venons de marquer, c'est ce que je ne saurois dire, qu'à ces d'armes, jusqu'à quand seigneur serons nous réduits à sentir seulement l'odeur de ses biens, sans en jouir, à voir de loin notre patrie, & à la saluer seulement de loin en soupirant sans y entrer, ô vérité, la patrie des exilés, & la fin de leur exil, je vous vois mais je ne saurois entrer en vous, tant retenu par le poids de ma chair, & n'étant pas digne d'y être reçu, parce que je suis encore tout impur, & tout souillé par mes pechés.

## Sur la croix

notre salut a été opéré, parce que j. C. a perseveré sur la croix, malgré le cri des juifs à qui le demon ennemi du salut de l'homme faisoit dire ces paroles qu'il descende maintenant de la croix, & nous croirons en lui, s'il fut descendu de la croix, nous n'aurions point été sauvés, mais comme il connoissoit les pensées des méchants, il ne voulut point s'aisir, son sacrifice imparfait ni



Leur donner occasion de nous oter la persévérance la  
qu'elle seule est couronnée, & s'ils en auroient eu l'occasion  
s'ils eussent pu dire que j. C. avoit lui même perdu  
courage, & qu'il s'en soit tenu un brellien à l'exemple de  
son maître doit demeurer attaché à la croix jusqu'à la  
fin de sa vie, & ce n'est pas encore le temps d'arracher  
les cloux dit St. Augustin, heureuse Dame qui se  
glorifie dans cette croix, & qui y triomphe en g.  
persévérant sans se laisser abatre par aucune  
tentation. quiconque donc est attaché à la croix doit  
prier son seigneur qu'il ne permette pas qu'il en soit  
détaché, car que n'ose pas aller en le malin esprit  
se feroit de la langue des juifs pour faire descendre  
j. C. de la croix, mais il se retira vaincu & confus  
plaise à dieu qu'il s'éloigne de nous de ~~g~~ nous  
par la victoire que nous ferons remporter celui qui en a  
trionphé en sa propre personne, & que j. C. lui me  
me nous fasse la grace d'achever notre sacrifice sur  
la croix de la pénitence que nous avons commencé  
de porter pour son St. nom. St. Bernard ~ ~

### Sur le Silence

Le Silence est la source de toutes les vertus qui ont  
pratique dans la solitude, il est dit St. Chrysostome la  
perfection des solitaires, le chemin pour monter au  
ciel, la voye du royaume de j. C. il nourrit la  
composition dans le cœur des pénitens, il fait couler  
leurs larmes, il produit la douceur & l'humilité il  
éclaire l'esprit & nous aide à faire une exacte  
discussion de nos peccés, il apprend la science des Sts.  
il est l'art de la priere, le calme des pensées, & le plus  
sur arde dans toutes les tempêtes intérieures, il  
bannit les inquiétudes, il delasse celui qui le porte &  
remplit nos âmes de consolation solides, cest par le  
silence qu'il devient si aisé de régler les mouvements  
des yeux, & de la langue, cest le moyen de faire  
mourir la calomnie, de vaincre la vanité d'amoitir  
peu à peu toutes les passions, lorsque le silence est  
joint à la crainte de dieu il travaille invinciblement  
à l'édifice de toutes les vertus, il sert de mur  
& de rempart à tous ceux qui veulent combattre  
pour le royaume du ciel, observez donc le silence

dit le meme pere, & vous y tenes comme une forte  
muraille, & ce sera par ce moyen que vous surmonterez  
toutes les tentations, vous les combattrez comme du haut  
d'une forteresse avec avantage, & elles seront sous vos  
pieds. si la fieleuse conserve en vous la crainte de dieu  
vous n'avez aucune blessure de vos ennemis

## Sur L'amour de dieu

Lemoin du juste soin qui me presse & m'agite:

ayez pitie Seigneur de mon ame interdite  
par les, dieu de lumiere, & du trouble  
vainqueur

relaires mon esprit, & rasures mon cœur  
formé de votre main ce cœur est votre  
ouvrage

vous vous donnez a lui pour être son partage  
mais helas peu sensible a ce supreme  
bonheur

L'ingrat a trop long-tems affligé son bonheur  
il reconnoit souverainement ordonné du supplice  
a vos justes rigueurs il s'offre en sacrifice

Et fondant ces objets qui l'avoit si chers armés  
vous êtes désormais le seul qui le veut aimer  
mais pour le secourir dans l'ardeur de vous  
plaire

vous même marquez lui comment il doit le faire  
Seigneur quand d'un esprit & purifié par la foy  
je reconnois vos soins, & vos bontés sur moi  
quand de tous vos bienfaits rapellant la memoire  
je vois jusqu'ou pour moi s'abaisse votre gloire  
que du fond du néant par votre main tirée,  
je vous dois jusqu'au jour dont je suis éclairé  
que d'un aveugle erreur preserva ma naissance

vous m'avez du vrai bien donne la connoissance  
 quand aux tourmens pour moi vous venes ~  
 vous lier.

quand pour moi sur la croix je vous vois  
 Respirer

Et d'un pere irrité devenant la victime  
 prendre sur vous Seigneur la peine de mon  
 crime

quand mon esprit enfin quand mes sens  
 mehanlés.

ce figurent les biens que vous leur <sup>presentes</sup> promettez  
 cette gloire ou mes yeux a peine osent  
 s'étendre.

que meme en possédant je ne pourrai  
 Comprendre.

ces plaisirs dont jamais rien rompra le cours  
 qui seront sans melange et dureront -  
 toujours

ba cest alors qu'épris de la plus vive flamme  
 aux doux ravissement j'abandonne mon ame  
 cest alors qu'embrasé dans cet heureux retour  
 je vous jure et promets un éternel amour  
 mais je ne sçai Seigneur quelle de ce côté se  
 vient all'armer mon cœur d'un Souci qui  
 le blesse.

ne m'abusai je point en ce transport -  
 charmant.

n'est ce point vos bienfaits que j'aime en  
 vous aimant

non je ne coure point cet injuste pensier  
 ma tendresse pour vous n'est point intéressée  
 quand je pourrai Seigneur oublier vos  
 bienfaits



votre amour dans mon cœur ne s'éteindroit  
jamais

ni eussai-je de mon dieu jamais uen a pretendre  
je veux bruler pour lui de l'amour la plus tendre  
et du plus pur amour saintement enflamé  
aimer ce bel objet comme il doit être aimé

~~~~~  
plainte d'une ame qui ne sent  
plus les attrails de la grace

~~~~~  
je ne sens plus Seigneur les attrails de la grace  
mon cœur a votre regard est plus froid que la glace  
mes plus ardens desirs se trouvent abbatu

Et a certains moments je ne vous connois plus  
mes sens sont afoiblis ma douleur est extreme  
Et je doute souvent Seigneur si je vous aime  
je vous considerois au milieu de mon cœur  
Et votre amour faisoit mon souverain bonheur

mais hélas par le coup d'un reveur qui m'aceable  
vous n'etes plus pour moi cet époux delectable

je ne sens plus pour vous ces tendres sentimens  
qui fait tout le plaisir et le bien des amans  
ce qui faisoit ma joye fait mon inquietude  
je n'ay que des ennuis dedans ma solitude

dans ce charmant desert qui me sembloit si doux  
parce que je pouvois me donner tout a vous  
loin de tout enbaras, du bruit, et du grand monde

je goûtois les douceurs d'une paix sans seconde  
a present plus d'amour, de joye, ni de plaisir  
vous n'etes plus pour moi si cher a mes desirs  
je ne possede plus votre ste presence  
doudient Seigneur doudient une si rude abonce

<sup>chercher</sup>  
 je vous partout, Et ne vous trouve pas  
 pourquoi me prives vous, d'un bien si plein d'ayes  
 j'ay sans doute imité celle épouse infidèle  
 qui sommeillant mal a propos -  
 pour ne point troubler son repos -  
 a negligé de répondre a l'époux qui l'appelle  
 mais cette pauvre amante éprouve a son réveil  
 les maux que lui causoit un si profond sommeil  
 elle écoute pour lors l'amour qui la transporte  
 hélas mon bien aimé dit elle est a la porte  
 elle y court mais en vain ces soins sont superflus  
 elle va le chercher Et ne le trouve plus  
 elle sort de la ville, elle court les campagnes  
 parlant aux rochers, aux arbres aux montagnes  
 elle fait retentir les échos d'alentour  
 du beau nom de celui qui fait tout son amour  
 ha' cest ainsi Seigneur que me faisant justice  
 vous punissez mon cœur par ces rudes supplices  
 vous le prives de vous, dans ce rude tourment  
 mes infidelités trouvent leurs châtiments <sup>fixes</sup>  
 Et bien mon divin maître il faut vous saluer  
 mon unique plaisir Et celui de vous plaire  
 je ne demande pas un état plus parfait  
 mais celui magrée, a cause qu'il vous plaît  
 votre seul bon plaisir rend mon ame contente  
 Et votre volonté seule peut remplir mon attente  
 metes moi mon sauveur aux pieds de votre croix  
 faites que pour jamais j'y reçoive des loix  
 le thabor ne me sauroit plaire  
 on y goûte trop de douceur

je veux suivre l'attrait vainqueur  
 qui seul peut me conduire sur le calvaire

~~~~~  
 Ode sur les cœurs penitents

~~~~~  
 grâces, grâces, mon dieu suspende vos vengences  
 détournez un moment vos regards irrités  
 j'ay péché, j'en gémis, à toutes mes offenses  
 opposés-y Seigneur Lixes de vos bonheurs  
 Je sais tous mes forfaits, j'en connois l'étendue  
 en tout lieu, à tout lieu s'ils parlent contre moi  
 par tant d'accusateurs mon âme confondue  
 que pourrai-je répondre, à mon juge, à mon roy  
 vous m'aviez par la main conduit dès ma naissance  
 sur ma faiblesse, en vain je voudrois m'excuser  
 vous m'aviez enrichi de votre connoissance  
 mais hélas de vos dons j'en ai fait qu'à buser  
 de tant d'iniquités la foule m'environne  
 fils infatigable cœur perfide, en proie à mes remords  
 la terreur me saïsit je fremis, je frissonne  
 pâle, et les yeux étints je descendrais les morts  
 des horreurs du tombeau du plus profond abîme  
 j'ay le nez vers vous mes douloureux accents  
 cesses d'être attentif à la voye de mon crime  
 routez ma douleur, et mes cris languissans  
 ô mon dieu, qu'à ce nom je le prononce encore  
 non non j'ay tout perdu cessant de vous aimer  
 o mon dieu, que tremblant je supplie et j'adore  
 grand dieu d'un nom plus doux je n'ose vous nommer  
 dans le gémissement, l'amer larme et les larmes  
 j'en passe des jours passés dans les plaisirs  
 et voilà tout le fruit de ces jours pleins de charmes  
 un souvenir affreux, la honte, les soupçons



ces esprits devant vous dont la seule deffiance  
pas en un criminel peut bien vous aller dire  
qui ne connoist en vous un fessou de demerces  
dieu de misericorde, il est tenu de Louvrez  
ou peis je me cachez si amblant creature  
Si dans votre courroux vous voulez me juger  
que dir je dire infini, tout en vous me ra jure  
en comptant sur vous seul je ne suis malaise  
pres d'une majeste si terrible si sainte  
que suis je en vitroncu voudriez vous le briser  
lilas si du flambeau la clarte est sainte  
la meche si meure uon, voudriez vous le raser  
que l'homme soit pour l'homme un rigoureux  
ou l'esclaves auroit la pris a pardonner  
C'est la gloire de ma die, aboudre les coupables  
n'appartient qu'à celui qui peut le condamner  
sous le sou des seigneur mais l'homme vous desorm  
il late contre vous il desuist le vainqueur  
le combat n'est pas long, il ne faut qu'une larme  
que de ruines q'acouner l'ame de caeur  
jamais de vous grand dieu vous la vis dot vous me  
tra caeur humble, il contid ne sera ni se  
voila le mien si saint sou sou je qui aime  
il est digne de vous la voultur la brise  
Si vous ten ammes de la premiere flamme  
qu'il reprendroit bientot sa roye, et sa vigueur  
mais non j'attendi bien plus renou vete mon ame  
et d'aignes dans mon sein priez un coeur nouveau  
de mes forfaits alors je vous enrai justice  
Et me a re onnaissances a ma me rigueur

vous pouvez me laisser le soin de mon supplice  
 juge contre moi même. Et pour vous en vengance  
 le châtiment au crime est toujours nee j'ai  
 ma grace est a ce prix il faut la mériter  
 je vous dois je le sais, je veux vous satisfaire  
 donnez moi seulement le lenz dom requier  
 bad plus beaux eschü que vous frapes en pere  
 il sent plus votre amour par la similitude  
 il ne seait point trembler mal grés votre colere  
 un enfant qu'on punit n'est pas desherité  
 coupes, brules ce corps, mais sauvis ma pauvre ame  
 frappe faites payer tout ce que je vous dois  
 armés vous dans les lenz du fer et de la flamme  
 mais dans l'eternité signuez y a rques moi  
 quand j'aurois a vos loix obei des lances  
 ciminu en n'aytant pne dis que pleurer  
 pour retourner a vous la route est la Souverain  
 toi triste route affreuse entrons sans murmure  
 des mains de votre fils je recois le calice  
 mais je fremis, je sens ma main prete a trembler  
 de cestroule honteux mon cœur est il complice  
 je suis le criminel voudrai je reculer  
 votre cher fils le tient que ma foy se rala me  
 il en a bû lui même ou ai je en douter  
 que dis je il en a bu la plus grande amerlume  
 L'ame laisse le reste et je nose engouler  
 je me jette a vos pieds & croix chaire sublime  
 tout homme de douleur instruit tout l'univers  
 au del Sur qui l'amour embrasse la victime  
 arbre ou mon redempteur a suspendu mes fern


Drapeau du Souverain qui ne croit de notre  
tribunal de mon juge; Et l'on se mon  
char du triomphateur dont j'ai vu la conquête  
Et qui j'ay pris pour mon ymodium et ma lay

vers Sur la Communion

quel charmes vainqueurs du monde  
perd dieu en le vaincra et perd l'uni  
mal heureux l'homme qui for  
sur les hommes on a pu  
leur gloire fait fait et se face  
c'est du leur que la trace  
du vaisseau qui sur la mer  
ou de la flèche rapide  
qui loin de l'air qui la que  
va s'enfuir dans les airs

de la Sagesse immortelle  
la voir bonne et nous instruit  
en fait des hommes dit elle  
de vos soins quelle est le prix fruit  
par qu'elle breuvant vainc  
ou plus par sang de vos vaines  
acheles vous si souvent  
non un pain qui vous repaisse  
mais un ombre qui vous laisse  
plus a fame que devant  
le pain que je vous propose  
est aux anges d'aliment



Dieu lui-même le compose  
 du plus pur de son froment  
 c'est ce pain si délectable  
 que n'ofe point à sa table  
 le monde que vous suives  
 je l'ofe à qui veut me suivre  
 approchez vous le voir  
 prenez, mangez, et vivez  
 ~ ~ ~ ~ ~  
 autre. 

le temps qui donne à tout le monde  
 produit, croît, détruit, fait mourir, fait  
 renaître  
 change tout dans les cieux; sur la terre, et  
 dans l'air  
 L'age d'or à son tour suivra l'age de fer  
 fleurs embellit dimchant l'aridité sauvage  
 la mer change son lit son flux, et son rivage  
 tandis que l'éternel le souverain des temps  
 demeure inébranlable en ses grands  
 changements  
 ~ ~ ~ ~ ~

imprimé chez M. de la Harpe

Sur la communion  
nous voyons dans la revelation que dieu  
voulut donner a St. pie amont sur les dispositions  
des personnes qui recevoit l'eucharistie quelle  
pureté de cœur de crainte pour communiquer ses  
graces dans ce sacrement mais qu'il y en a peu  
qui sy disposent comme il faudroit qu'on en soit  
peu chercher dans la nourriture de cette divine  
obair de contre poison de venin qui us ont a veu  
faire penebrer les goultes precieuses de ce sang  
jusques dans les plus secretes profondeurs d'un  
cœur ennemi de la sante regarder leur sauveur  
comme autrefois les israelites mourans regard  
doit le serpent d'airain puiser dans ses playes  
comme dans des sources de vie la justice & la  
l'immortalité. Sy attacher avec une soif qui  
augmente a proportion de ce quelle est rafraichie  
ce cost d'annier. Et ce sair a proportion de ce que  
l'agnou de la sante entre dans leur cœur par  
ce celeste aliment. Sunir a la victime qui est  
devenu leur sagesse leur redemption. Et leur  
justice avec la memo foy & la memo espe  
rence que St. augustin avoit admirez dans  
sa mere. Si l'on estoit fidele a se mettre dans  
les dispositions marquees par ses paroles que  
j'ay mises dans mon ouvrage d'un bon mede une  
miele tres vive & tres clarice on recueilleroit  
certainement plus des fruits de la communion  
qu'on ny en trouve ordinairement

47  
Sur la Simplicité

La Simplicité grossiere & credule est un vice  
de la nature, mais la Simplicité chrétienne est  
une vertu que l'on aime, que l'on admire, &  
que l'on fait remarquer en ceux qui l'ont. Il seroit  
difficile de la bien définir, mais l'on en peut  
dire ce que le poëte dit de ses simulacres d'or. Et  
de cette composition d'or d'acier que l'on ne peut  
utiliser. On donne la définition que de la  
prophète est un esprit de la simplicité  
retranché tous les relours inutile par son  
et ses actions. Elle est aussi plus de la simplicité car  
on voit beaucoup d'gens qui ne disent que ce  
qu'ils croient vrai, que ne s'aurait pas que  
pour ce qu'ils sont mais qu'ils craignent de  
porter ce qu'ils ne font pas, ils s'appliquent à  
tout rapporter à ce qu'ils ont dans leur esprit et  
qu'ils ont fait. Et de qu'ils ont dit, dans la simplicité  
d'acier fait trop de trampoline, ces gens leur font  
de la simplicité, mais de ne font pas simplicité  
Sont plus simples et de ceux qui ne se voit  
rien de leur art, rien d'ingénieur, on dirait  
certes font mieux de gens ingénieurs parfaits qui  
sont plus simples composés de la simplicité de  
monde celui de dieu est de même et de  
des anges qui ne sont pas toujours devant un  
miroir pour se composer avec art sont ainsi  
qui parle de la simplicité angelique. L'un des  
plus grands prélats de notre France  
de la simplicité



penées des Sts peres

hoiles disent ils tout ce qui pourroit larir la  
Source de vos larmes, nages ni affaires, ni  
emploi, ni occupations, ni plaisirs qui soit  
capables de dissiper votre douleur. Et votre  
componction, mais Serres vous plutôt de tout  
ce qui est present a vous pour la punir Et la  
fortifier, que la pasture de votre corps et endu  
sur votre lit vous figure celle qui il aura dans  
le tombeau que les alimens que vous prenez  
vous fassent Souvenir que vous Seres un jour  
la pasture des vers, que l'eau que vous buves  
pour vous desalterer vous remette dans l'esprit  
cette soif cruelle que les damnés souffriront  
dans l'enfer, que l'habit de Solitaire que  
vous portez vous remette vos peches sans cesse  
devant les yeux puisque cest un habit de  
penitence, dites a dieu avec autant de verite  
que son prophete Seigneur mes gemisse-  
ments sont si violents qu'ils ont egale les  
rugissements des lions, Soyés penetres de  
douleur d'avoir fait un si mechant usage  
de tous les biens que vous avez recus de dieu  
Si vous ne pouvez amolir la dureté de votre  
cœur par ces motifs de tendresse pressez le  
par des sanglans reproches comment une  
ame aussi Seche aussi Sterile que la mienne  
pourra elle estre mise au nombre de celles qui

ont porté tant de fruits de justice durant  
cette vie mortelle, que deviendront-ils lorsque  
les élus se connoîtront les uns les autres dans  
la cour celeste, et que je ne serai reconnu de  
personne lorsque les amis de l'époux seront  
recus dans la chambre nuptiale, et les mépris  
precipités dans l'enfer

Sur la chasteté ~ ~

La chasteté dit St. Jean d'Inaques une partici-  
pation de la nature angelique, cest une  
demeure ou j. C. se plaît uniquement cest le  
bouchier du cœur, cest un ciel terrestre cest un  
renoncement que l'ouïe fait à la nature par  
un mouvement surnaturel cest un merveilleux  
combat entre le corps mortel et l'intelligence  
spirituelle, l'homme combatte banit de son  
cœur l'asouir sensuel par l'amour divin  
Et éteint le feu de la terre par le feu du ciel mais  
il ne faut pas que ceux qui sont parvenus à  
l'acquisition de cette verté se glorifient, et  
attribuent leurs victoires à leur propres forces  
il est impossible à l'homme de vaincre sa  
propre nature, et lorsqu'on en vient à bout cest  
un effet de la présence de celui qui est au dessus  
de la nature, quel barbeur de se voir insensible  
à la vue des objets extérieurs, et qu'une ame  
<sup>est pieuse</sup> quand on n'est point touché dans le cœur des choses  
dont on est touché par les sens rien ne plaît tant  
aux yeux de dieu qu'une ame qui par la pensée des  
beautés celestes éteint le feu qui allument quelque fois  
les beautés de la terre de meme elle est invincible  
à la vie de toutes les creatures ~ ~ ~







dans la vie spirituelle nous sommes  
 exposés à chaque instant à un million  
 de peccés veniels. il en est de même  
 comme d'un chemin tout couvert de sables  
 & de petites pierres, & couvert de boëes  
 ou il n'y a que tres petit sentier, & tres  
 difficile. Si lon y marche la nuit nous  
 tomberons infailliblement dans quelqu'un  
 de ces inconveniens mais prenons un  
 flambeau & faisons le suivre à chacun  
 de nos pas. ainsi apres avoir fatigués  
 nous arriverons pourtant au terme & à  
 la fin du chemin, il en est de même  
 dans la vertu prenons en main le  
 flambeau de la presence de Dieu ne  
 la perdons jamais autant quil se  
 pourra. Elle nous servira de moyen  
 pour ne tomber ni à droite ni à gauche  
 mais avancer toujours jusqu'à ce que  
 nous soyons arrivés au terme qui est la  
 felicité éternelle. amen.



[Faint, illegible handwriting, likely bleed-through from the reverse side of the page.]

Autre a une religieuse... en quoy on voit  
la vraye mortification portait d'une  
religieuse parfaite

J'ay recu avant hier ma lettre de votre  
lettre du 27. 7bre je l'ay bien avise d'edifi-  
cation: Et en particulier ce que vous me  
dites au Sijet des L'erreurs ou vous estes en  
ce qui regarde la mortification, on ne  
peut dire combien il est ordinaire de  
se tromper en cela: on ne voit rien de  
plus frequent dans la devotion, et cela  
nous prouve combien est rare la vraye  
abnegation de soi meme, et la sincere  
penitence, car il en a de telles que celle  
que nous fortifie le coeur, et l'esprit en  
même temps quelle mortifie le corps.

voila donc une lumiere que Dieu vous  
a donnee dans votre retraite, et qui doit  
estre utile pour la rester de nos jours ne  
songez je vous conjure qu'a ce que vous  
etes aux yeux de Dieu. Dans la place ou  
je suis, ce motif de L'edification peut  
demander de moi des choses que je ne  
fais si peut estre si j'etois seul mais dans  
une communauté, on ne qua aller  
simplement et faire sa regle avec  
exactitude personne ne prendra

garde a vous et vous seriez un Sujet  
d'admiration sans l'itru  
d'admiration, ce qu'il faut éviter l'illusion  
est grande de ce côté la. Il y a beaucoup  
a perdre qui vous empêchera d'être  
obéissante a l'esprit de foy dans les moindres  
choses a la regle. Et a la Supérieure qui  
vous empêchera d'être patiente a legard  
des plus incommodes, charitable a prevenir  
tous vos besoins tant que vous le pouvez  
modeste et recuilli dans les pensées orate  
a ne pas lever les yeux. Si au contraire jus-  
qu'au scrupule dans les tems marquez  
laborieuse a ne pas perdre un moment  
sans vous livrer aux réflexions d'un  
cœur, mais vivant dans un total  
abandon a la providence sans raison-  
nement, mergeant sans affectation,  
proprement, de bon apétit sans jamais  
le moindre murmure et ne vous occu-  
pant dans les repas que de la lecture  
obligante dans les recreations sans être  
flattée, et ne parlant jamais  
que p' bien des absens, pauvre dans les  
vêtements, les meubles, les livres ne demandant  
jamais rien, reconnoissante des moindres  
services, mortifiée dans la vue, ne regardant  
jamais rien d'inutile, dans le goût, ne prenant  
jamais que ce que la communauté donne.



Et Sans apaisonnement, dans l'adorat  
ne respirent jamais de bonnes odeurs  
volontaiement, faisant vos macerations  
ordinaires, ordonnés par la regle avec  
force, dans l'ouie, ne coutant avec plaisir  
que ce qui vous edifie, ne demandant  
rien d'inutile pendant vos recreations  
avec la premiere qui se rencontre si le  
bon dieu vous envoie une maladie la  
premiere chose sera de vous mettre a  
genoux pour le remercier de la grace  
qu'il vous fait de souffrir, adorer sa  
conduite, accepter les remedes, la mort, et  
tout ce qui peut estre suite de maladie  
faire resolution avec la grace d'estre  
douce, patiente, obéissante, ce que je viens  
de vous dire ma chere fille n'est ce pas le  
portrait d'une bonne religieuse, et celle qui  
feroit tout cela sans y ajouter ni chaine  
ni discipline, ni veilles extraordinaires  
ne seroit elle pas agreable a dieu cependant  
il ni a rien la qui ne soit a la portee d'une  
religieuse, et ce le faisant ou se fait aimer  
mais non pas admirer ou edifier sans  
attirer les yeux de personne, ouoit pour  
dieu, et en dieu, voila ce que je voudrois  
de vous ou plutot ce que dieu en voudroit  
et ce que est comme je les prie vous

voudrez aussi pour lui je le lui demanderai  
de tout mon cœur, car je le desire & il  
le fait bien, puisque dans les occupations  
dont Dieu me charge je ne laisse pas de  
vous donner le temps que vous desirez de mi  
vivre a la ~~providence~~ providence pour les  
Supérieurs. Et abandonnez les confesseurs  
tout cela ne décidera pas de votre salut &  
Si vous mettez votre confiance en Dieu rien  
absolument ne vous manquera, priez &  
attendez tout . . .

pourvu qu'on se serve de ces faits  
pour s'humilier, & pour reconnoître  
devant Dieu son néant & sa misère, ces  
faits même contribuent au payement de  
nos dettes, Dieu ne regarde que le fonds de nos  
cœurs, pourvu qu'il le voye humble  
devant lui, il nous pardonne tous nos  
pechés, il ne faut pas supposer que cette  
remission suive la proportion des faits elle  
suit uniquement la proportion de la charité  
& de l'humiliation du cœur, une personne  
qui aime peu, & qui a l'ame peu humiliée  
obtient peu de Dieu, quoique ses faits soit fort  
légers; & une personne qui aime beaucoup  
& qui est rabaisie profondément devant ses  
yeux, obtient tout, quelque grand que soit le  
nombre de ces péchés, les richesses de la



misericorde de dieu, sont si grandes & si  
infinies, qu'il pardonne avec la même  
facilité les plus grandes fautes que les moindres,  
& c'est lui faire injure que de douter  
qu'on lui puisse satisfaire. Si vous êtes  
vils à vos yeux dit St Augustin par votre  
fragilité terrestre; jugés de vous même par  
le prix que J. C. a donné pour vous, ce  
prix satisfait entièrement à la justice de  
dieu, & lui rend pleinement ce que les plus  
grands péchés du monde lui ont ôté il ne  
s'agit que d'en obtenir l'application par nos  
bonnes œuvres. & Dieu nous l'accorde à  
proportion de la sincérité de notre cœur, ce  
que nous avons donné à craindre, n'est pas  
de ne pouvoir point payer, mais c'est de ne  
vouloir pas, & de négliger les occasions que  
dieu nous donne

toutes les vertus dit St Grégoire de Naziance  
sont des voyes de salut, & chacune nous  
conduit à quelques uns des demeures éternelles  
& bienheureuses, elles ne nous y sauroient  
conduire qu'en satisfaisant à dieu, & en  
nous acquittant des dettes de nos péchés

« enseignes moi à faire votre volonté.  
« parce que vous êtes mon dieu. psal. 142  
je m'adresserois à un autre qu'à  
vous dit St Augustin, si un autre



que vous m'avoit crée, mais puis  
que c'est vous qui estes le Dieu de  
mon cœur, cest vous aussi, qui en  
deves estre le maître; eclaires votre  
image, formez ses desirs; conduisez  
ses actions: apprenez moy, non  
seulement a connoître, mais à  
faire votre volonte; puisqu'a moins  
199 de cela, je fairay la mienne,  
Et qu'alors vous m'abandonneres  
avec justice au dereglement de  
mon cœur - - -

Si vous levez vos yeux par charite  
pour votre frere, non seulement je  
ne vous blame pas, mais meme je  
vous loue - - St. bernard - -

La vie d'un religieux n'est qu'une  
privation continuelle de tous ses sens  
mais aux yeux de Dieu seulement

la nature veut se contenter; nous  
devous nous y opposer

Dieu veut eprouver notre foy, nous  
devous en pais; nous soumettre à l'eprouve  
le demon veut nous surprendre,  
nous devons toujours veiller -

il n'y a point de delassement pour  
un religieux, dont la vie doit être  
de larmes, et de gémissements,  
S'il s'en permet quelque un ce  
doit être pour s'entretenir unique-  
ment de la beauté de la vertu.

---

Traduction du Olythme Latin  
de St Bernard en l'honneur  
du tres aimable nom de Jesus  
que le Souvenir de Jesus est doux.  
qu'il repand dans le cœur de la  
joie; mais combien Sa presence  
est elle encore plus douce  
on ne peut ni rien exprimer dans  
ses chants, ni rien entendre de plus  
melodieux, et de plus agreable que  
son nom Sacré; on ne peut penser  
à rien qui ait plus de charmes  
ô Jesus l'esperoir des pecheurs repentans  
combien êtes vous liberal envers ceux  
qui vous demandent des graces! qu'elle  
est votre bonte envers ceux qui vous  
cherchent!  
mais quel Souverain bien n'êtes vous  
point pour ceux qui vous trouvent

---

Jesus le charme de nos cœurs, Source  
du vray, Lumière de nos esprits, nul  
plaisir, nul desir même n'est au  
dessus de vous — — —  
envain la langue, ou la plume  
voudrait-elles exprimer ce que la  
Seule expérience rend croyable. Des  
délices qui ont goûté un vous aimant  
que ne puis-je à l'exemple de votre  
pieuse amante vous chercher dans le  
Sépulchre. Et pénétré comme elle d'une  
tendre douleur, vous y chercher encore  
plus de vous que des yeux — — —

puis-je arroser votre tombeau de  
mes larmes, puis-je les échos voisins  
répondre à mes soupirs? Tandis que  
prosternée à vos pieds ma bouche y  
sera étroitement collée!

présent encore mes pleurs, et mes  
pieux embrassements, m'obtiennent le  
pardon de mes crimes, et les grâces les  
plus efficaces pour n'en jamais  
commettre d'autres

à Dieu Seigneur! ne vous éloignez point  
de nous. éclairez les aveugles, et faites  
renaître l'allégresse dans le cœur  
des affligés



quand vous daignés nous honorer de  
votre visite, la verité nous sert de  
guide, le monde & ses vaines pom-  
pes ne sont à nos yeux qu'un pur  
néant, le feu de la charité nous  
embrase.

ô doux amour de jesus pourrions  
nous exprimer qu'elle est votre dou-  
ceur, quels sont vos attraits.

faut-il d'autre preuve de votre  
excessive tendresse pour nous que  
passion, & l'effusion que vous y fîtes  
de tout votre sang dont le prix  
en nous rachetant nous donneroit  
à la beatitude éternelle.

à ces traits qui que vous soyez, re-  
connoissés votre Sauveur, conjurez le  
qu'il vous fasse à votre tour bruler  
d'amour pour lui. cest en le cherchant  
en tout, & par tout que vous serez  
consumé de ses divines flammes.

Jesus roy digne de toute notre admi-  
ration, illustre conquérant, bonte  
ineffable, Seul & légitime objet de  
nos desirs.

Jesus la clémence même, l'espoir  
sur lequel se fonde toute notre joye  
Sources d'amour & de graces, orages &

Delices d'un cœur innocent

est ce tendre amour qui nourrit délicieusement nos âmes, qui les rassasie sans dégoût, qui leur donne au contraire un goût toujours nouveau

plus on mange à votre table sacrée plus on est spirituellement affamé plus on y boit, plus la soif du salut augmente qui vous aime ô jesus, ne sçait desirer que jesus.

celui que votre amour comçoit seul combien vous êtes doux, celui qui se rassasie si est-il pas au comble de ses vœux le desir que j'ay de vous posséder est infini. quand viendrez vous mon aimable Sauveur répandre un torrent de plaisirs dans mon âme & par votre présence remplir tous ses desirs.

hélas votre amour me jette habilement dans une sainte Langue. ô la douceur même! vos fruits sans cesse renaisans, que peuvent-ils être sinon des fruits de vie?

benignité Suprême, charme délicieux d'un cœur, bonte incompréhensible, les liens de votre charité, m'unissent à vous

mon bien, mon bien unique est de vous  
aimer uniquement, de mourir entière-  
ment à moi même, de vivre pour vous  
seul.

ô mon doux jesus, esperance d'une ame  
qui soupire après vous! n'etes vous pas  
le principe, & la fin de Ses larmes  
& de Ses gémissements

ou que je Sois c'est avec jesus que je  
souhaite d'être. quel plaisir de le  
trouver, quel bonheur de le posséder.

rien Serait il alors comparable à la  
chaste volupté de nos tendres embrasse-  
ments? instans si précieux, & si doux  
mais hélas! de si peu de durée.

mais quoy, n'ai-je pas déjà Sujet de  
me livrer à des transports de joye? je  
possède enfin ce que j'ai tant désiré. mon  
cœur; mon tendre cœur est tout embrasé  
d'amour pour jesus.

ah quand on s'aime ainsi que cest  
amour est bien payé par cet amour  
même: loin qu'il s'éteigne ou s'affoi-  
blisse, le tems ne fait que redoubler  
l'ardeur de Ses flammes.

elles nous brûlent doucement, nous  
charment merveilleusement, on les éprou-  
ve agréablement, on s'y délecte heureu-  
sement ~ ~ ~ ~ ~



est amour celeste penetre jusqu'à la  
moelle de mes os, tout moi-même en  
resent les ardeurs, & les attrait  
est le plus fortuné des incendies: est  
Source de desirs enflammés: quoi de plus  
consolant, & de plus doux que cet  
amour divin

Jesus dont la splendeur l'emporte mille  
fois sur celle du Soleil, dont la suavité  
surpasse infiniment celle des fruits des  
plus exquis, que vos amalities sont  
incomparables:

Le seul goût de Jesus me cause les plus  
vifs transports, son odeur repare mes forces  
épuisées, je ne sçai plus ou je suis en  
pensant à lui qui seul suffit à toute  
âme qui l'aime.

Source des plus pures delices, comble d'amour  
vous et de toute ma gloire, o Sauveur du  
monde:

revenez mon bien aimé, égal en tout à  
votre père, revenez après avoir si glorieuse-  
ment triomphé du démon, entris en possession  
du royaume des cieux;

citoyens de ce séjour fortuné, ouvrez les portes  
éternelles, allez au devant de lui, & en célébrant  
son triomphe ne cessez de répéter, honneur à  
Jesus, honneur à notre illustre roy

banissés à jamais de nos cœurs la haine; ô  
roy des vertus, ô roy de gloire: Et répandez y  
la lumière de votre grace.

Jésus met le comble à la gloire, Et au bon  
heur des anges; Son nom est pour l'oreille le  
nom le plus harmonieux, pour le palais  
cest un miel admirable, pour le cœur un  
celesté nectar.

La paix dont on jouit sous l'empire de  
Jésus est au dessus des sens, cest après un  
si grand bien que mon ame soupire, est  
lui qu'elle est empressée de posséder.

Jésus est enfin de retour dans le sein de son  
père, il partage avec lui la royauté, non  
mon mon cœur n'est plus en moy il m'a  
quitté pour le suivre, heureux abandon!

Soyez dès aujourd'hui mon unique joye; ô  
Jésus, comme j'espère que vous serez un jour  
ma récompense --- a vous seul est due à  
jamais un tribut de Louange, d'honneur  
Et de gloire, ~~gggghh~~ ainsi soit il

~ ~ ~ ~ ~  
" un grand Et, nous a dit que j. C. nous  
" avait enseigné à aimer, Et à  
" pratiquer; ce qui estoit de plus opposé  
" à la nature, Et à ses inclinations, Et  
" qu'il falloit regarder comme des  
" séducteurs ceux qui nous donnoient  
" des avis contraires.

~ ~ ~ ~ ~

un religieux qui apres s'estre enga-  
gé dans une observance austere  
et disciplinée, en quittant la pratique  
doit se regarder comme un homme  
qui se rend indigne du royaume  
de j. C. .. L'abbé de cange

Si les obligations, de vivre de mort  
continuel sont grandes dans les  
personnes religieuses, les secours  
qu'elles recoivent aussi le sont  
beaucoup --- L'abbé de cange

un religieux doit s'attendre a  
une grande gloire, ou a une  
grande condamnation, s'il  
reste fidelle a la grace, s'il hume

comment oseries vous lever les  
yeux vers le ciel, vous qui avez  
peché contre le ciel, regardez la  
terre afin d'apprendre au vray  
qui vous êtes -- s. bernard

C'est une marque presque certaine  
qu'on n'agit que par le chair, quand  
on agit sans effort, sans combat  
et sans repugnance



Le juste dit St Augustin. ~~quand~~  
considere la voix de dieu comme  
un tonnerre. Et quand dieu lui -  
parle; il ne raisonne point  
mais il obéit -  
~ ~ ~ ~ ~



